

PALLADI PACIFERA

PALLADI MARTIALI

TOPOGRAPHIA
HISTORICA
GALLO-
BRABANTIAE.

auctore
JACOBO BARAVE Le Roy;
et S.R.I. Domino 222 S. Lamberti ac.



M. a. Depenhele del.



TOPOGRAPHIA
HISTORICA
GALLO-
BRABANTIÆ.

Quâ Romandux Oppida Municipia &
Dominia illustrantur,

ATQUE

*Monasteria, Nobiliumque Prætoria Castellaque
in æs incisa exhibentur.*

AUCTORE

JACOBO BARONE LE ROY,
& S. R. I. Domino S. Lamberti &c.



AMSTELÆDAMI,
Typis HERMANNI ALLARDI.
ANNO M. D. C. XCII.

TOPOGRAPHIA
HISTORICA
GALIE
BRABANTIAE

Authore
J. B. de ...
Amstelredamum
J. B. de ...
Amstelredamum



Amstelredamum
1711

S E R E N I S S I M O

P R I N C I P I

MAXIMILIANO EMANUELI

D. G. UTRIUSQUE BAVARIÆ, ET
PALATINATUS SUPERIORIS DUCI.

COMITI PALATINO RHENI, S. R. I.
ARCHIDAPIFERO ET ELECTORI. &c.

BELGARUM GUBERNATORI.



Agnorum bellicosissimorumque Principum, Pipinorum, Caroli Martelli, & Gothofredi Bullonii, natale solum, Romandua: veterum Lotharingie Ducum, sede & sepulturâ nobilis. Regio, si qua alia, antiquis præclarisque Monasteriis, multisque nobilium prætoriis & castellis conspicua. Elapso sæculo plurimum de pristino

splendore amisit, Civilis belli Belgici malis, & hac tempestate agrum ejus, quotannis, variarum gentium, insederunt exercitus, inque eo, vario Marte, & incredibili strage, sæpius præliatum fuit. Unde attritus passim, miseranda nunc rerum facies est.


Verum, ominari nobis haud vanè liceat, SERENISSIME PRINCEPS, Ductu tuo ac Victrice dextrâ, quâ, plurimas in Pannoniis & Illyriis provincias, ingentesque terrarum tractus, subjugasti & Turcarum tyrannidi eripuisti, Taurunumque munitissimum atque celeberrimum Danubii emporium Ottomannicum, expugnasti, mox futurum ut quoque in Belgio, pari felicitate, debellatis atque depressis, irrequietis hostibus, sopitisque

D E D I C A T I O.

per TE, quæ Regna Regnis collidunt & exhauriunt disfidis, non solum Romanduam, (quam à me descriptam CELSITUDINI VESTRÆ ELECTORALI, ad genua submissus præsentò) sed Belgium univèrsùm, speratâ Temporum FELICITATE, rerumque omnium UBERTATE & SECURITATE fruiturum. Ita voveo, ac me meaque omnia in devotissimi obsequii monumentum offero. M. D. C. XCII.

JACOBUS BARO LE ROY & S.R.I.





LECTORI.



Neunte hoc sæculo , Joannes Baptista *Grammaye* , Belgij Principum , ac Provinciarum Historicus , pagatim Gallo-Brabantiam descripsit, tribus Libellis separatim editis Bruxellis , typis Joannis Mommartij anno 1606. Conscriptis , ut præfatur , *breviter & indiculi in morem.*

Hunc secutus Joannes *Blondeau* Syndicus seu Pensionarius urbis Nivellensis , ampliori opere , idiomate Gallico ; sed morte præventus , Commentarij prælo parati , hætenus latuerunt : in quibus multa seria & accurata quoad antiquitates, progressus, successiones familiarum Gallo-Brabantiæ, vicinarumque regionum , ex urbium archivis , epitaphiis , inscriptionibus , & aliunde sunt congesta. Nos ab hæredibus nacti ipsum autographum, passim his in scriptis utimur. Verbaque ejus ipsa ponimus , ubi res locûsve requirit. Amobus istis , idoneisquæ auctoribus præviis , fulti, opus hoc aggressi sumus.

Ad quod perpoliendum , multa quæ à scriptoribus istis intacta , necesse fuit adjungere , & quædam non ritè intellecta enodare : Inprimisque cura est habita temporibus designandis , idque ex diversis chronicis & historicis , non solum typis excusis , sed manuscriptis quoque , præsertim ex Regestis

* *

L E C T O R I.

ftis supremæ Curiaë feudalis Ducatus Lotharingiaë ac Brabantiaë aliarumque , è quibus commodiffimè toparchiarum origines quærendæ , earumque possessores eruendi , si veris documentis uti velimus, scireque an sanguinis ductu, aliâve via ad Dominia pervenerint.

Cuncta verò (quod eaput in historia est) testimoniorum firmamento, magno labore undique collecto, stabilire conamur, & ubique demonstramus archiva, eodices & tabularia, è quibus, ea quæ prodimus, hausimus, ut non fatiati lectores, ipsos fontes adire queant.

Historiaë huiusmodi conscribendæ , quanta sit difficultas, si initio esset ignoratum, usus docuit, inquirendo Dominia eorumque possessores, quibus potiffimè hoc opus constat, atque in abstrusis istis superstitiosè sæpè sudatum est, an vano labore; nostrum dijudicare non est: ne Lector quidem facile statuat. Tempus aperiet, iudex testisque syncerus, obtrectatione & invidia sublatâ. Siqua autem nostros conatus subterfugerint, nobisque quærentibus infeliceiter reperta, in illa præsertim superiorum temporum nocte (de quibus quod omnes sciunt, plures fabulæ extant quàm Historiaë) aliorum diligentiaë optamus ut benè & cum felicitate reperiantur, ad castigandum nostra: synceris tantùm animis fiat, & sine contentionis studio, uti viros decet memores humanitatis.

Cæterùm, Toparcharam alii aliis illustriores esse constat, de quâ generis inæqualitate dabo figillatim nihil, nedum familiam alteram alteri præpono, curis me macem, & onerem invidia. Quid enim potest esse silentio ianocentius, ubi odium paritura putatur manifesta veritas, si palàm fuerit enuntiata, & scandalum passura credulitas pertinax, si contra se dubium moveri senserit?

Si Deus nobis vitæ usuram dederit, patriæque tranquilliora tempora, proximis annis dabimus agrum *Lovaniensem*, *Bruxellensem* & *Sylvæduensem*, tribus voluminibus comprehensum, eademque quâ hoc, methodo concinnatum. Ideoque rogamus omnes quorum interest, transmittant nobis, siqua habeant operi isti congrua, quæque optarent inferi, sed nulla nisi authentica, aut saltem fide digna, desideramus. Idque elaro & legibili caractere, sine abbreviationibus, sine
inuti-

LECTORI.

inutilibus majusculis, & fideliter invariato ubique textu, servato in omnibus stylo Scriptorum veterum. Quod si correctio aliqua aut observatio nobis videatur suggerenda, seorsim illa, & in alia charta scribatur.

Quidquid super his ad nos scribere placuerit, poterit nobis inferibi, & Antverpiam mitti per cursores ordinarios: simul autem indiectur, quâ viâ ac ratione possint ac velint scribentes responsum accipere.

Seriem Lotharingiæ ac Brabantia Principum, qui Regioni imperitarunt, Operi huic non adjecimus, cum recensentur fatis accuratè à *Francisco Haræo*, in *Annalibus Ducum, seu Principum Brabantia*, ab anno Christi DC. XV. usque M. DC. XXI. ejus Scriptoris Prolegomena si quis studiosè consideraverit, assentiri ei oportet, quidquid in contrarium apud recentiores legerit. Illorum utique Principum contextus constabiliri quoque posset ex eorum diplomatibus, in archivis Belgij etiamnum extantibus, vulgatisque in operibus *Auberti Mirai*, & *Luca d' Achery*, aliorumque post editos prædictos Annales. Consuli etiam poterit Chronologia nostra Marchionum S. R. I. sive agri Antverpiensis. Quippe jam olim Lotharingiæ ac Brabantia Ducatum possederunt, primumque hæc in partibus, post Romanos principatum habuerunt, uti in *Notitia Marchionatus*, obiter à nobis ostensum, atque in opere quod concinnamus de excursionibus Northmannorum & Barbararum gentium in Belgium plenius nos demonstraturos speramus, & quæ populationibus istis loca antiqua perierint, & vastata fuerint.

Pleraque Nobilium prætoria in loco ad vivum delineari, & sumptibus nostris, in æs incidi curavimus, paucis exceptis, quæ ad exemplaria pridem facta, efficta: scilicet *Revez*, *Ittre*, *Pieterbais*, *Clabecq*, *Thy*, *Bornival*, nullumquæ alieujus notæ, prætermisissimum foret: sed ingruentibus bellis, regionemque hanc populantibus, cessatum in istis est.

Ne quis miretur, *Romandiam*, Nobilium arcium famâ clarâ, pars est Germaniæ inferioris, atqui *Sebastianus Munsterus* Lib. III. de Moribus & ritibus Germanorum recentiorum, de nobilibus ita fatur. *Prophanari & non parum minui generis sui splendorem existimant, si mercaturam artémve aliquam mechanicam exercent, si uxorem plebeiam ut sibi inferiorem ducant, si aliena urbe civium more habitent; ipsi urbanorum consortia, commercia omnia*

* * 2

peroz

LECTORI.

perosi, arces & robustiora splendidioraque adificia in montibus, sylvis & rure collocata, cum familia sua liberè habitant, &c.

Denique Erratorum Indicem nullum fecimus, quotusquifque tali utitur subsidio? etiamsi ad manum sit, Litterarum antitheses & metatheses, aliaque vitia typographica, studiosus Lector facile deprehendet, & per se corriget.

Seneca Epist. Ixxix.

P*Aucis natus est qui populum atatis suæ cogitat. Multa annorum milia, multa populorum supervenient; ad illa respice, etiamsi omnibus tecum viventibus silentium livor indixerit; venient qui sine offensa, sine gratia judicent.*


*Si quid feceris turpe cum voluptate, transit voluptas, manet turpitudo.
Si quid feceris honestum cum labore, transit labor, manet honestum.*




Sche-

*Schema metallorum et colorum, in insignibus
obseruatorum quae hoc opere continentur.*









GALLO BRABANTIA
Sive
ROMANDUA

1

LIBER PRIMUS TOPOGRAPHIÆ HISTORICÆ GALLO-BRABANTIÆ

Continet Præfecturam Nivellensem.

CAPUT PRIMUM.

De Religione, Situ, & Lingua.



ALLO-BRABANTIA, aut melius, veteri verbo Romanua: est omnis divisa in Præfecturas quindecim, quæ Patrio ferme nuncupantur, *Nivelle, Genappe, Mont S. Vibert, La Hulpe, Grez, Aincourt, Gemblours, Dongelberghe, Melaing, S. Jean Gest, Gest à Geronpont, Fauche, Orpe Grand, Fandrain, Hanut.*

De his Divisus Rerum Brabanticarum Lib. 8. *Adjacet, inquit, Lovaniensium ac Bruxellensium jurisdictionibus ad Meridiem Gallica Brabantia quam Romanuam appellavit; in qua Nivellensium, Genapiensium, Montis S. Viberti, Hulpenisium, Graviensium, Geldonia, Eycuriana, Fandreniensis, Orpensis, Gestana, ac Hanulensium Præfecturæ sunt. Novem item Villa Angli Domino subiectæ.*

Pars Districtui Lovaniensii, partique Bruxellensi agro, jam olim subcensetur. Idcirco Legibus inter se differunt. Omnibus eadem lingua, & Romana Religio, quam à S. Materno acceptam, per manus traditum est, conditumque Templum etiamnum visendum, in pago *Mouffy* ad Thiliam Flumen.

Verum, in tempore memorabitur, hoc commentum esse eorum, qui vel in ipsis sacris nescio quam gloriam appetentes, ut vetustate acceptæ Religionis supra vicinos esse videantur, eam sibi ab ipsis Apostolorum temporibus domesticam voluit.

Habet hæc Regio ad Septentriones, agrum Lovaniensem & Thenensem, ad Meridiem Sabim Flumen, & Comitatum Namurensis, ab Oriente Leodientem Dioccesim, & respicit ad Occidentem Hannones & Sylvam Soniam.

Tractus non est montosus, neque etiam planus, sed collibus convallibusque hinc inde accumulatus, crebrisque fontibus irriguus. Nemora sparsim venationibus apta. Thilia & Gheta fluvii hinc emanant, influuntque in Demeram, fluente verò Ornus & Pieton in Sabim.

Opida fossis mœnibusque firmata, numerantur, quatuor, Nivella, Geldonia, Gemblacum, Hanutum. Imperium Regionis, jam olim Lotharingæ ac Ducum Brabantiae, quorum antiquissimi, eam sepulturam suam nobilitarunt.

Quantum ad Ecclesiasticam Jurisdictionem attinet, Paulus IV. Papa Anno M.D.LIX. Instituto Episcopatu Namurensi, ei assignavit *Comitatum Namurensis, & Gallo-Brabantiae partem, longitudinis quadraginta, & latitudinis triginta millia passuum Italicorum, mensuraque Episcopali trium millium Ducatorum auri de Camera annuos redditus.* Rei tum gestæ diploma exhibet Aubertus Miræus, Donationum Belgicarum, Lib. 1. cap. 145.

Ceterum, cum hic tractus *Romanus* dicatur, non abs re erit, veterum testimonio enotare brevi, quodnam idioma, mediæ ævi Scriptores, intellexerint per *Lingua Romanam*, quam gentibus domitis, cum jugo ipso Romani imposuerunt, ait August. Lib. 17. de Civitate Dei cap. 7. Maxime verò ita nostri vulgarem, & quam hodie utimur, appellarunt, quod à Romana puriore ortum habeat. Dudo Lib. 3. de Moribus Norm. *Rotomagensis Civitas Romana patius quam Dacica utitur eloquentia.* Albericus in Chron. anno 1177. *Multos Libros, & maxime Vitas Sanctorum, & Actus Apostolorum, de Latino veriti in Romanum.*

Romancium, etiam appellant Hispani vulgare suum idioma, quod ut Gallicum ac Italicum à Romano, seu Latino sumat originem.

Chronicon Monasterii S. Trudonis Lib. 1. pag. 348. *Nativam linguam non habuit Teutonicam, sed quam corruptè nominant Romanam, Teutonicè Wallonicam.*

Etiamnum Belgæ *Lingua Romanam* vocant Wallonicam: & Brabantiae & Flandriae Regiones, ubi Lingua Wallonica obtinet, se *Roman Pays*.

Hunc igitur pagatim habitantem populum, septem Libris complectar, & quam maximâ brevitate percurram, neque enim instituti operis est, Prætoria vicololque omnes perlustrare; itaque quosdam vel in transcurso, & in aliorum mentione obiter nominasse factis erit, exceptis iis qui ad comitia vocantur, inque iis suffragium habent, qui omnes conveniet attingi, sive extant, sive bellorum injuriis, aliisve casibus interciderint.

CAPUT II.

De Dominio, Monasterio, Collegio, & Oppido Nivellensi.

Monasticus Status, qui præ ceteris in Ecclesia Romana semper floruit, eximia religione ac sanctitate, suum qua Fundatorem, qua Restauratorem præcipuum, in Occidente nostro agnoscit, sanctissimum Patriarcham *Benedictum*, qui in Monte Cassino, ex hac vita migravit, an. 542. 21. Martii. Hic enim, cum scripsisset *Monachorum Regulam*, laudatam à S. Gregorio Magno, ut *discretione præcipuam, & sermone luculentam*, citò propagata fuit per omnes Europæ Provincias, innumeris utriusque sexus Monasteriis per Discipulos & Successores ejus, sæculorum paucorum decursu fundatis, interque eos in Belgio primarius fuit S. Amandus.

Hujus hortatu, Ita seu Iduberga, Pipini Ducis & Majoris-domus Regis Austrasiæ, vidua, in sui juris fundo. Monasterium Nivellense construxit anno 650. Rem narrat scriptor cœtaneus in historia vitæ sanctæ Gertrudis jussu Dominicæ Abbatissæ Nivalensis, conscripta: *Contigit Amandum Episcopum in domum B. Itæ descendere, ut luctum conjugis recenter extincti spirituali consolatione abstergeret. De cujus manibus religiosa matrona viduitatis habitum & castæ professionis velamen excepit: Domumque suam ejusdem Antistitis consecratione committans in Ecclesiam, sanctimoniales ibidem ad ferriendum Deo ordinari fecit.*

Atque hæc quidem fuit origo illustri Collegii Nivellensis nobilium virginum Canonicarum. Quod inter Belgica antiquissimum est.

Illâ fuere celeberrimi Monasterii Nivellensis exordia, cujus prædiorum divisionem, probans Lotharius Imp. diplomate dato Aquisgrani anno 1126. vulgato ab Auberto Miræo lib. 1. Donationum Belgarum cap. 57. ita fatur. *Quæ, scilicet Ecclesia Nivellensis, in consilio Regni mæstita, crebro tyrannorum grassatione quassata, nupte Francorum Regno sinitima.*

Non dubitamus quin istis populationibus perierint prima & antiquissima documenta, hujus nobilissimi Cœnobii siquidem ea desiderantur: Hinc difficilè explicatu, quæ loci facies fuerit, ante Divæ Gertrudis tempora, veterum Scriptorum ignaviâ, publicorumque monumentorum inopiâ.

Cæterum in Brabantia Canonissæ *Nivellenses, Montenses & Malbodienses* in Hannonia, *Andennenses & Monasterienses* in agro Namurcensi, *Susterenses* in Ducatu Juliacensi, *Thorenses, & Belisenses* in Diocesi Leodiensi, pluresque aliæ, principio fuere Moniales Benedictinæ, quod indubitis notis validisque documentis probare possèmus, si operæ prætiùm foret, & refutare Gabrielem Pennotum, qui arguit, *Benedictinos*, quod suo, sanctam Gertrudem Ordini adscribant. Sed id abunde factum à *Lucea d'Achery & Joanne de Mabillon* in Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti in Præfat. ad sæculum secundum pag. 23. de *Monacharum & Canonicarum origine* in Belgio.

Porro, postquam ex nimia rerum temporalium felicitate, prima illa *Benedictina* disciplina facta fuit remissior, plurima *Benedictini* Ordinis Monasteria, in Canonicorum & Canonicarum mutata sunt Collegia: quæ ne vel umbram quidem pristini instituti hodie habent. Quod movit Geldolphum à Ryckel, ut in Historia S. Gertrudis lib. 4. pag. 856. scriberet verba ista:

„ Difficile sit statuere quo potissimum anno, Collegium hoc Nivellense, quod Miræus vocat antiquissimum, mutationem subierit: nisi quod ex diplomate Henrici IV. Imp. suspicari licet, ab anno 1059. deservisse ad aliud regimen, „ Nam eo anno prædia Ecclesiæ Nivellensis in tres portiones divisit: quarum prima Xenodochio: secunda Abbatissæ: tertia Capitulo utriusque sexus attributa fuit. Quam prædiorum divisionem Lotharius Imp. anno 1126. diplomate alio confirmavit. Ab hoc igitur anno 1059. videtur clausura, communisque vivendi ratio Nivellensis asceterii mutationem aliquam suscepisse, quando nimirum abdicato pristino illo vitæ & vite rigore, Henricus IV. (qui primum ac proprium Brabantia Ducem dederat anno 1106. Godefridum Barbarum, ut Lipsius vult) Ecclesiæ Nivellensis Antistitam, novis honoribus, & propriis prædiis auxit. Porro quantum habitus ipse ab illo evariaverit, quem in velata B. „ Ita & Gertrude, sculptor ex fide variarum Ecclesiarum, in quibus tali cultu picta sculptaque cernitur, exhibuit supra, „ vel ex hoc schemate hodierni habitus & cultus Abbatissarum discernere licet.

Nec pigebit audire etiam Joannem Molanum, differentem de Canonicarum origine, qui rem istam ut cætera omnia accuratè inquirat. Is itaque Scriptor lib. c. de Canonicis cap. 15. ita fatur.

Ex libera autem & soluta Canonicarum vita, nata est apud infirmioresem sexum dicitas, seu potius præminentia Canonicarum, quas Tentonia frequenter habet, & vulgari voce Canonissas nuncupat. Quævis enim nonnulli earum nomen & originem, referant in Ludovici Pii tempora: inter quos est Gobelinus, Auctor vitæ S. Meinulphi: alii autem in anteriora tempora, eo quod Justinianus nominet mulieres Canonicas: certam tamen est liberam & privatam earum vitam ante descensum Canonicorum inauditam fuisse.

Joannes enim Nider Ordinis Prædicatorum Theologus, & Concilii Basiliensis ad Bohemos Legatus, scribit se summam inquisitionem fecisse super secularium Canoniarum origine, nec invenire potuisse, nisi quod ex prima fundatione fuerint Sanctimoniales, Ordinis, vel Benedicti, vel alterius, exceptis paucis Collegiis recenter pro Nobilitum sustentatione fundatis.

Quibus tamen verbis, si Niderus significare voluerit, eas, que nunc Canonice dicuntur, olim fuisse veri nominis Monachas, que tria vota monastica solemniter profiteri soleant, non ausim ei hac in parte consentire, eò quod animadvertam apud veteres, sicut inter Canonicos & Monachos, sic etiam inter Monachas & Canonicas discrimen fuisse. Quo pertinet ad Capitulum Parisiensis Concilii: Comperimus quosdam Canonicos, & Monachos posthabito Religionis fure pudore, Monasteria Sanctimonialium, tam Monacharum quam Canonicarum, inconsulto Episcopo suo imprudenter atque irreverenter adire. Puto proinde talem se esse fuisse Canonicarum, tum temporis proportionem & collationem erga Sanctimoniales seu Monachas, qualis erat Canonicorum erga Monachos, licet sicut Canonici, à veteri illa Regula sua disciplina plurimum recesserant, ita & Canonicas, hac in parte sequaces habuerint. Wollfgangus Episcopus, habebat intra urbem Ratisponensem duo Virginum Monasteria Canonici instituti, in quibus corrigendis frustra longo tempore operam navavit: postea tamen utrobique Canonice vite institutum in Monasterium commutavit, ut facti è intelligas Canonicas liberioris fuisse instituti quam Monachas.

Si autem primas Fundationes intueri velimus: sanè Meinulphus, à Carolo Magno de fonte susceptus, eam esse Canonicas & Archidiaconus Paderbornensis, in suo Budicensi patrimonio, construxit Monasterium & Ecclesiam, instituti que illic congregationem Secularium, ut vocant Canonicarum: quarum Ordo, ait Gobelinus in Concilio Provinciali, apud Aquigranum, recens institutus erat. Quam fundationem Ludovicus Imperator ratam habens, suo anno obsequavit.

Quod autem Gobelinus ille scripserit, anno tertio Imperii Ludovici, Canonicarum Ordinem recenter institutum esse in Concilio Provinciali, fortassis significare vult Ordinem, qui antea fuerit in Ecclesia Dei, tum primum in Concilio Provinciali approbatum esse, aut immoratum esse Ordinis ejus Regulam, ut eo censu rectè institutus esse dicatur.

Aliqui non facile admittent nostras Canonicas, vel Nivellenses, vel Andenenses, hunc Ordinem tum primam capisse, cum sese asserant: (quod & claris documentis dicunt se probare posse:) ex institutione Fundatricum suarum, Gertrudis & Begge, Canonice esse institutionis, & ab initio laxam habuisse Regulam, distinctam à sancti Benedicti, & quacunque alia Monastica Professionis Regula. Has autem clarissimi nominis Fundatrices, cum Pipini primi Brabantia Ducis, proles fuerint. Notum est Ludovici Imperatoris, cujus demum Pipinus, ejus nominis tertius, avus fuit, tempora multum antecessisse.

Omnia autem hujusmodi Collegia habebant Regulam aliquam ex Augustino, Hieronymo, Benedicto, Canonicis constitutionibus, aut aliunde, scriptam, secundum quam regulariter, quamdiu in illa congregatione manere volebant, vivere cogebantur. Inde illud est in tertio Conciliorum tono, Eugenio secundo, & Concilio Rhemensis ascriptum: Sicut beatorum Benedicti & Augustini Regulam, vitam suam in melius corrigant, & emendent, superfluitatemque vestium, & inhonestatem deferant. Quod si non impleverint, si qua ipsarum mortua fuerit. Christianorum careat sepultura. Prohibemus etiam, ne in earumdem Collegia, aliqua, nisi quæ regulariter fuerit victura, recipiatur.

Sicut autem inter canonicas liberior & dissolutior vita, multis tantoperè displicuit, ut potius ad Monasticam eligerent transire Professionem, quam in ea remanerent, ita etiam accidit inter Canonicas. Adelheids, Bertradae sorore sua teste, Colonia in canobio Virginum, sub regulari institutione sancti Hieronymi, Deo mancipata erat, inde à parentibus ad Villiense Monasterium evocata, eandem liberiores regularem institutionem initio servavit, sed mortuà matre, Regulam sancti Benedicti amplexa est.

Habebant autem Sanctimoniales canonicas, sive, ut Sigebertus loquitur, clericales Sanctimoniales, quarum uberes erant proventus, subordinatos sibi Clericos, qui exequerentur, quod Ecclesiasticus Ordo semineo sexui non permittit. Hi quoque, ex communibus Monasterii bonis alebantur: sed cum alii clerici in proprietaria vita passim prevalerent, voluerunt & isti sibi prebendas assignari. Hoc autem proprietatis venenum, etiam castimoniales, à Regula observatione deficientes, insecit. Quæ cum clericis suis in prebendis, pares esse volebant.

Ex quo Nivellense sancta Gertrudis Monasterium, cum ad laxiorem anhelaret vitam, obtinuit quidem à Paschali secundo, breveni honeste vite formulam, sine obligatione voti alicujus, manente tamen vitâ communi, sub regimine Abbatisse. Sed non multo post, anno videlicet millesimo centesimo trigesimo sexto, Lotharius bona in tres partes divisit; unam hospitibus, secundam, Domina Abbatisse, tertiam vero, assignavit congregationi, in quo septuaginta duobus Fratribus, & Sororibus, totidem assignavit prebendas. Hunc in modum famosissimum sancta Gertrudis Monasterium, in capitulum utriusque sexus degeneravit.

Et passim hujus Ordinis Canonice, suos confratres, in prebendis pares, in dignitate, propter Sacerdotium, longè superiores, vix alio loco habere dignantur, quam ut Sacellanos suarum generosarum dominationum, quarum quædam inter eas sint nuptiarum expeditrices, & sollicitatrices. Quod ex eo capite fieri arbitror, quia Abbatisse jurisdictioni subsunt.

Cæterum Romana Sedes, ut docet Claudius Espenæus tractat, hujusmodi Canonicas seculares, non renunciantes proprio, nec Professionem aliquam facientes, Ordinario loci subjectas, tolerat, non tamen earum statum, Regulam, aut canonem approbat. De quo Bonifacius in Sexto, Capitulo, Indemnitatibus, & Clemens quintus, in suo Opere, Capitulo Attendentes, sua Decreta jam olim tulerunt.

Disquiri quoque J. B. Gramayus in Nivella, quid sentient dum de Canonicarum secularium initio: sed ea quæ habet, sunt ex Molano desumpta, ideoque hic prætermittam.

Cæterum quod attinet ad Historiam Vitæ S. Gertrudis, reperitur in omnibus, non solum novis, sed antiquis etiam Legendis typis excusis, seu manuscriptis, præterque præfarum Ryckelium, illam ætate nostrâ

nostrâ præclare digesserunt & illustrarunt, Godefridus Henschenius, & Daniel Papebrochius, in Actis Sanctorum Martii, Tomo 2. ad diem 17. Docentque Itam sive Idubergam anno 658. & sanctam Gertrudem anno 664. obiisse 33. ætatis suæ, die Dominicâ, 16. Kalendas Aprilis, ut ea scribit Auctor Vitæ, qui eoram aderat. Vide præterea illa quæ habentur de prædictis Sanctis in Exegeſi præliminari eorumdem Scriptorum ad Tom. 3. Aprilis, de tribus Dagobertis Francorum Regibus, ubi in quibusdam Chronotaxis innovatur.

Nacti sumus S. Gertrudis Genealogiam Gentiumque consanguinearum, oblatam olim Alberto Archiduci ab Auberto Miræo, propriaque manu scriptam signatamque, quæ ita habet:

In Libro isto pergameno continetur Vita S. Gertrudis, Abbatissæ Nivellensis, quæ hætenus typis edita non fuit. Meretur typis excudi sive imprimi, si ita Serenissima V. Celsitudini videatur: ad ostendendam multiplicem Sanctorum progeniem ex Familia primorum Brabantie Ducum.

Nam ut in hoc Libro docetur, Carolomanus, Princeps Illustris, genuit B. Pipinum I. Brabantie Ducem, & B. Amelbergam.

B. Pipinus & B. Itta seu Idaberga, genuit S. Gertrudem, S. Beggam, & Gimoaldum.

S. Gertrudis obiit Nivellis anno 664. prima Nivellensis Monasterii, ab Iduberga matre conditi, Abbatissa.

S. Begga soror S. Gertrudis, antequam nuptia, genuit Pipinum II. Brabantie Ducem. Defuncto marito, totam se Deo tradidit, & fundavit Monasterium Andanense, quod nunc est Nobilitum Canonissarum collegium, in Comitatu Namurcensi: ubi & quiescit.

S. Amelberga, B. Pipini I. soror, quiescit Binchii: & fuit mater S. Emeberti, Episcopi Cameracensis, S. Gualde, S. Pharaïdis, & S. Reynoldi.

De quibus singulis tractat Joannes Molanus, Doctor Theologus Lovaniensis, in libro de Natalibus Sanctorum Belgii, & Divæus lib. 1. cap. 3. & lib. 3. fol. 42. Rerum Brabanticarum.

Alii tradunt B. Amelbergam bis fuisse conjugatam, & ex posteriore marito Witgero, peperisse S. Venantium & S. Gensulphum martyres.

Ex eadem prosapia fuerunt S. Waldetrudis, Patrona Montensis ac Fundatrix, ejusque quatuor Sanctæ proles, S. Landericus Episcopus Meldensis in Francia; S. Dentelinus Resa quiescens in Clivia, S. Madelberta & S. Aldetrudis Abbatissæ Malbodenses.

Marius S. Waldetrudis fuit S. Vincentius, Fundator collegii Canoniorum Sonægis in Hannonia: ubi & quiescit cum filio suo S. Landeric.

S. Waldetrudis soror fuit S. Aldegundis, Fundatrix collegii Canonissarum Malbodi in Hannonia, & c.

De his omnibus, & aliis Sanctis hujus sanctæ Familiae, tractant Molanus & alii.

In gratiam & obsequium Serenissimi Archiducis Alberti, ex isto codice MS. jam citato superiora desumpsit & auxit Anb. Miræus, eidem à sacris Oratorii & Bibliotheca.

A. M I R Æ U S.

Petrus Divæus Rerum Brabanticarum lib. 1. cap. 6. Nivellæ ita meminit.

Brachbanti tractum à Sonia filva ad Sabis fluentem Veteres Romandiam appellarunt, ejus pars nunc in Namurcensi nomen mutata. Nivigellam Regionis caput varia commendabile efficere. Sunt ibi Ducum aliquot ac Comitum sepulchra. Pipini videlicet Landiniensis, Gertrudis ejus filia, Ottonis postremi ex Carolingis Lotharingæ Ducis, Lambertii Barbati, Henrici primi, Lambertii Balderici, Henricorum II. ac III. Gerbergæ cœnobium Nivigella, ab Itta uxore Pipini Landiniensis conditum, Gertrudis eorum filia diu gubernavit, obiitque anno 664. quod magnam oppidi vetustatem arguit.

Advocatum cœnobii, Imperatores per multa tempora sibi retinere usque ad Philippum Suevum, qui eam Henrico primo Duci anno 1204. donavit, beneficiario jure possidendam: diplomatis exemplar nos vidimus. Hætenus Divæus.

Verum enim verò, donationem illam, irritam fecit idem Imperator à quo emanarat: uti testatur diploma Ottonis V. Philippi, in Imperio successoris, quod etiamnum integrum asservatur in Archivò Ecclesiæ Nivellensis ejusque verba ipsa ponemus.

In nomine sanctæ & individue Trinitatis. Otto Divinâ favente Clementiâ Romanorum Rex Augustus, & c. Notum facimus, quod accedens ad nostram Majestatis præsentiam, fidelis nostra Berta Nivellensis Ecclesiæ Abbatissa, sibi querimoniam proposuit, quod nos tempore discordiæ nostræ, contra jus & libertatem Imperii, ipsam & Ecclesiam suam ab Imperio alienaverimus, & in manus Henrici Ducis Lotharingæ contulerimus. Principum verò dicitur sententia, quod nos eandem Abbatissam & Ecclesiam suam non potuerimus ab Imperio alienare, sed quod in omni jure, honore & libertate sicut ad nos venit, ipsam conservare tenemur; ad hanc itaque sententiam, assensu Principum Imperii legitime approbatam, Regali auctoritate cassavimus, & irritam deduximus eandem donationem, quam aliquando prædicto Duci per scriptum nostrum & privilegium, de ipsa Ecclesia feceramus & c. Datum apud Spiram anno Domini 1209. indictione duodecimâ, sexto Kalendas Julii. Vide infra capite L.IV.

Aubertus Miræus in Cod. Donationum Piarum cap. 13. Canonissarum porro (inquit) Nobili stirpe progenitarum, quæque ad nuptias transire possunt: collegia, in Hannonia sunt duo, Montense & Malbodense, totidem in Comitatu Namurcensi, Andanense & Monasteriense, & unum in Brabantia, Nivellense, omnium apud Belgas, at arbitror, antiquissimum. De quibus, ut & de Germanicis, in qua Provincia sunt plurima. Vide libellum nostrum de Collegiis Canoniorum, anno 1615. Colonia editum.

LUDOVICUS GUICCIARDINUS superiori Sæculo descripsit omnes Belgij Provincias idiomate Italico, meminitque Nivelæ in Descriptione Ducatus Brabantiaë, his verbis:

NIVELLE è distante da Brusselles cinque lebbe: è terra assai forte, & per ogni qualità piu che ragionevole, ove si fa gran' quantita di bellissime vele, al modo di quelle di Cambrai, ma queste sono ancor' piu belle & forse migliori: Et è una delle quattro terre che fanno (secondo Paulo Emilio) il Marchesato del sacro Imperio: è anche una delle tre piccole terre capitali, le quali hanno come già è detto, bellissimi privilegi, & ha il paese all' intorno fertilissimo d' ogni bene; & non lungi di la molte cave di buone & belle pierre per edificare. Di questa terra su quel felice Giovanni del Tintore, Arcicapellano & cantore di Ferdinando Re di Napoli, il qual' Giovanni è mentionato dal Tritemio fra li suoi huomini illustri per gran' literato, per buon' scrittore di varie cose, per Musico eccellente, & per buon' Pittore. In questa terra è sepolto il primo Pipino figliuolo di Carlomanno, & padre di Gertrude quella, la quale per la sua santissima vita, meritò d'esser ascritta nel numero de Santi. Questa santa Donna, fondò la chiesa di Nivelles, che da lei prende il nome: tempio grande & eccellente con ogni sorte d'ornamenti dentro & fuora: la medesima Santa, fondò & istituì in quell' terra, quel nobilissimo Ordine di Canonichesse, che insino al presente con tanta maestà, & buon' reggimento vi si vede. Questo è un ordine d' un' certo numero insino a quaranta due di Religiose assai libere, Ordine veramente mirabile & bene inventato per sussidio della Nobiltà, conciosia che in quella compagnia, non possano entrare, se non figliuole di Signori, o di gran' Gentilhuomini, nobili almeno de quattro Quartieri paterni & materni, che sieno (come contiene l' institutione legitime, franche, & generose Vergini, onde essendo qualche Signore carico di figliuole, & cercando di sgravarsi, ne mette una in questa Canonica: benchè per il paese sieno ancora (come si dirà) diversi altri di questi Ordini & Conventi illustri, le quali Madonne che si chiamano pur' Canonichesse & Damigelle, hanno quasi tutte ciascuna da per se casa separata intorno, & presso a quella chiesa di Santa Gertrude, nel qual' tempio elle fanno li loro uffici & cirimonie: la mattina, & a tutti li loro uffici di chiesa vestono alla spirituale, ma nobilmente con abbigliamenti candidi, come loro, soderati d'ermine, o di simili pellerterie: & doppo desinare, vestono alla temporale con drappi di seta da Gentildonne, & se sono pregate a convuo; o a pasto ordinario, possono andare, possono quando venga l' occasione maritarsi a lor' piacere, & se non si maritano, vivono religiosamente in quella nobilissima compagnia; & l'ordine medesimo da loro tanta entrata, che elle convenientemente si possono intrattenere. Hanno per capo una Badessa, detta comunemente Madama di Nivelles, eletta con l' autorità & consentimento del Principe da loro, di loro medesime a vita, & confermata dal Pontefice: la qual' Madama è non solamente capo del Capitolo, ma è ancora Signora dello spirituale, & del temporale di Nivelles, & dell' sua jurisdictione. E anche nella medesima chiesa, un' divoto Collegio di trenta Canonici, ben' provveduti; & eletti a vicenda dal Pontefice, & da Madama. Così sono poi in quella terra altre chiese, & luoghi pii, & notabili. Hor' descriveremo secondo la promessa nostra, le terre di titolo, & di suprema dignità, & prima il Marchesato del Sacro Imperio.

Nunc utiam audiendus Ioannes Baptista Gramaye, siquidem satis accuratè de Nivella scripsit.

LOCUM hunc confinem ubi Lotharingi iunguntur Francigenis in Brachbanto situm olim Nivigellam, Nivigellam, Nivalium, denique Nivelliam, Nivellam, & Nivellam unitatis numero & Nivellas multitudine numero accusandi casu video appellari.

Nomen unde deductum sit nec legi usquam, nec facillè conjectura assequar.

Locum olim silvestrem fuisse unica gloriose Gertrudis vita abundè docet.

Nec olim tantum, sed & venientibus ad famam Lovaniæ Comitibus.

Et amplius iisdem Ducatus Lotharingici titulum adeptis, Nivellam usque ingentes silvæ erant.

Planè ut crederem Romanos Francis Barbarorum metu junctos, & junctim in silvarum interiora relictis urbibus dilapsos Nivigellense castrum subito hostium imperus facillè propulsaturum extruxisse & nominasse. Pien, id est novum, fesse id est sedem, aut al aut gehret, id est totum; nisi Henrici Imp. diploma traderet, locum proprijs divæ Gertrudis manibus exultum.

Cuius partem esse firmiter mihi persuado, locum turri ædis primariæ subiectum ubi hodieque dat & recipit primum in inauguratione fidelitatis iuramentum Abbatissa: monumentorum, structuræ, & cubiculi vicini, de quo post, ductus argumento.

Castro subiecta erat Villa sive Burgus ab omni antiquitate ius telonij, mercatus, moneta habens.

Quando primò mœnibus cincta fuerit, definire necdum possum. Ligneis ante Normanorum in Gallias adventum cinctam fuisse, sunt qui putent. Lapideis auctoritatem faciente Duce & Cæsare monitam & fossis instructam credo.

Et amplius longè maiore quàm nunc conspicitur ambitu urbem, aut suburbana saltem (cum vestigia mœnium nusquam appareant) se extendisse; quippe undecim, ut post dicam, parochias comprehædeotem; quarum aliquot nunc extra urbem visuntur.

Nolim autem asserere mœnia, quæ nunc conspiciuntur ita vetera esse, sed bellorum iniurijs vastata putarem à 200. dumtaxat annis restituta: cum legam ex portis aliquot & nominatim Salicensem post annum 1417. instructam.

Ita ut nunc urbs portis 6. patens vias publicas 50. & amplius numerans, præter alios rivulos Thienam amnem ex cognomini pago lapsum excipiens, vicotum, domuumque nitore, hortorum amœnitate nulli vicinarum urbium facillè cedat.

Edes operaque publica quæ notari mereantur pauca sunt, immiouta multum per hos bellorum turbines urbis maiestate.

Quoad civitatem & ius regimenque urbis, fator quædam controversa esse, quæ nec mecum decidere, nec fortassis penitus rimari. Dicam ergo tantum, quæ ex veterum historiarum & diplomatum fide didici, nec harum, nec illarum, nisi quia veritas cogit, partium.

Primo itaque loco Comites pono, non quod ullos hoc titulo solo usos noverim, sed quod lego Comitatum Nivigellensem nominari in dote Gerbergæ utriusque & eius quæ Carolo Duci Mater fuit & eius quæ Lambertio Comiti Lovaniensi enupit.

Hinc est quod nonnulli tradunt hunc à Bruxellensi dependisse, quia nimirum Carolus, quem dixi, Bruxellam nativitate, habitatione & regia sua ornasse, & Nivellæ tacito calculo prætulisse dignoscitur.

Unde manifestum, Comitatum D. Gertrudi, quæ Domina tantum Nivellarum vocatur, non contraditione permansisse penes Lovanicos & devolutum ad eorum hæredes Brabantæ Duces: Quorum fuit defendere potius quàm possidere Nivellam.

An autem sicut Comes ita & Vice Comes Nivellensis fuerit vellem posse liquèdè probare. Quamquam ego non ambigam præfatum hic olim Ducalem fuisse qui limitaneæ arcis, ut supra docui, aut acce in monasterium conversa, limitis Francici curam ageret.

Post Comitatem tempore & titulo priorem Domina est iure & possessione alias maior constituenda.

An autem D. Gertrudis inter alia Nivellam hæreditariæ portionis loco nacta Dominium ad successuras sibi Abbatissas transmisit, & rursus an utile, an directum ut l. Cti. loquuntur, mentissimè dubito.

Hoc scio Henticum primum Cæsarem Burgi ius Abbatissæ donasse, confirmante idipsum Clemente 1. Romanæ urbis Antistite.

Invenio deinceps donationem Urbis Nivellensis, Henrico Lotharingæ Duci factam, à Conrado Imperatore revocatum, proficente non licere dependentes ab Imperio tractus alienare.

Ita ius in urbem summum mansit manetque nulli obnoxium, penes sæcularis collegij Abbatissam.

Quam & cuius bona iuraque Romani Pontifices immediatè suam in tutelam susceperunt.

Sicut & Imperatores expressè liberam esse voluerunt, Imperij Principum omnique Principum gaudeotem prerogativa. Adeoque Regalia ab ipsis solent Cæsaribus de more accipere.

Nisi quod frequentia exempla habeam ab Augustis id demandatum Lotharingæ sive Brabantæ Duci, ubi itinerum difficultates & sexus tenevitudo.

Quia

Quia autem Brabantia Duci (verba diplomatis sunt) non subest Nivelles, ideo si diris Ecclesiasticis illa involuntur; hæc non teneri plurimum Pontificum responsa declarantur.

Eadem propter, si quando Duci bellum aut belli metus erat, eidem Nivellesens non implicabatur, nec Duci, nisi permittente Abbatis licebat campanæ æris sonitu cives armare, aut militem conscribere, aut tributa imponere.

Cæterum cum Patronatus sui ius Cæsar in Ducem, nuper transfuderit, exinde & Regalia ab eo & confirmationem obtineri mos obtinet.

Cum autem Dominam ab omni tributo & exactiōe liberam 3. Pontificum, 5. Imperatorum, Ducum ferè omnium fecerint privilegia, ob hæc & alia tuendæ Abbatis & collegio, Henricorum Cæsarum primi & secundi indulto permittitur, quem vellet *Advocatum* eligendi.

Electum scio, & si temporis incertum, Ducem Lotharingiæ sive Brabantiæ qui nunc *terrarum Ecclesia*, nunc *Ecclesia Nivellesis* scribere se solet olim, hodieque in turamento soleani, quod ad aram Gertrudis Virginis præstat, appellat, *Advocatum*.

Proximo post Advocatum gradu *Villicus* est ab antiquo per Dominam constitui solitus, iudex & executor iuris iustitiæque triplicis, imò *Banni imperiales* Collegio olim donati; Qui insuper in pagos, paucis exceptis, omnes ditionis Nivellesæ, aliquid iuris habet.

Eo, dum hæc scribimus, summo omnium applausu fungitur officio Paulus Roelsius Vir humanus & peritus rerum nostrarum, cuius ex Musæo aliquot manuscriptorum habui usum & inspectionem quos hoc signo ab alijs fecernam.

Hic cum *scabinis*, ita Senatores vocant, primum civitatis aut verius senatus tripartiti membrum constituit.

Scabinos olim 4. fuisse lego ex totidem tribubus patricijs, id est nobiliori civium parte lectos à Domina, ut credo, nec Duci aliquatenus obligatos, nec ulli Domino.

Cæterum cum hic magistratus perpetuus & ad vitam esset, ob seditiones abrogatus & constitutum 7. scabinorum à Domina collegium, quod hodieque perseverat.

Alium curiæ membrum faciunt *questores* & *iurati* utrique à Duce creati ad vectigalia potissimum regenda illi ad manus *Balivi Brabantia* & *deputatorum*, hi ad *commissariorum* fidelitatis turamentum deponentes.

Questores incerto numero fuerunt, olim 4. mox 3. veniente olim in numerum *Pensionario* & *Clerico*.

Hos *Burgi-magistros* appellatos video ex eo, quod claves oppidi sub horum sint custodia.

Iurati etiam numero non eodem extiterunt olim decem, nunc octo sæpè plures rari pauciores.

Hi duo iunctim *iurati* & *questores*, quicquid vectigalia, tributa, exactiōnes aut ius Principis tangi solent & possunt curare ordinare, elocare ad 40. pedum in urbe, 100. extra spatium reluctantes coercere, punire &c. idque diversorum Principum ex lege. Adeoque exempla sunt multatorum per hos qui executoribus eorum reluctabantur.

Quod si his cum Domina oriatur aliquid controversum in Brabantia Concilio volunt decideri debere.

Iurati autem 2. cum uno *questore*, *Pacificatores*, ut eorum voce utar sunt & vocantur.

Cæterum invenio sigillum antiquitus Urbi nullum fuisse, adeoque in negotijs urbium Brabantia rarius Nivellesenses subscripsisse, aut si subscriperint, Abbatem Gemblaci aut alium rogasse qui defectam sigilli Nivellesis suo suppleret.

Amplius, cum per tumultum communitas iunctis contra Dominam capitibus sigillum sibi proprium assumpsisset, interdicto Leodienti & Ducis autoritate iussa sigillum oblitterare.

Et novissimè cum scutum urbis (pedum Abbatiale præferens) insignibus Brabantia ornasset, Ducali sententia coercitum sunt: quod retinuerunt aliquatenus mutatum *questores* cum epigraphe tali, *Sigillum Receptorum & Iuratorum Ducis Brabantia ad causam*.

Nec omittendum quod observo, præter hunc rei Principis intendentem Magistratum, Procuratorem generalem viarum publicarum & refectionis earum curam habuisse.

Magnum etiam Brabantia Balivum statis diebus, ut nundinis, citari solitum ad providendum tuendumque ius Ducis.

Insuper solere Duces in Nivellesi euria iuramentum præstare, præstitisse Burgundici sanguinis Duces Anthonium, Ioannem, Philippum, Carolum, Philippum.

Uterius solere Brabantia Archiva antequam Vilvordiam transferrentur, hic custodire.

Et Nivellesam inter secundi ordinis urbes tertio in Ordinum concilio advocari & præto esse.

Tertium in Senatu ordinem faciunt Decani 16. annales ex plebe & singulis opificum collegijs bini, quos eligit plebs & Decani defuncti, confirmant reliqua 2. membra.

Magistratui subijcitur civitas sive cives, quorum pars opulentior in tribus iuratis sagittariorum contubernijs unum nomen dat; aut etiam 2. poetarum collegijs, quæ iam propè interierunt.

Vilior in certa opificum collegia, ex quibus 8. duntaxat sunt quibus aditus est ad Senatum. In omnes iuris dicem citatos, non nisi post triduum agere licet.

Qui nondinas annuatim liberat, & Hallam, ut vocant à Principe obtinuerunt.

Fata sive adversitates præcipua obvenerunt Nivellesi Ab igne: cum fortuito incendio *Claustrum* cum *Burgi* parte absumeretur, visa à quibusdam gloriosa Gertrudis populo suo flammarum impetus avertere.

Et novissimè bellis civilibus combusto undique suburbio.

A peste. Cum in tantum serperet contagis ut mortuis efferendis vivi non sufficerent.
A bellis Intestinis quidem sapius civitate Dominarum & Capituli Imperium gravatim ferente nominatim anno 1263. & Vicinorum Hannoniæ quater, Flandriæ ter, Namurci semel lenserunt Nivellæ injurias notabiles.

Captaque adeo Nivella à Flandro Brabantiam sibi vendicante, sed mox Duci restituta.
Iterumque à Saxonum Duce tumultuantes Brabantos ulturo.
Novissimè in communi Belgarum naufragio à Bruxellenfibus Regi & religioni rebellibus circumventa, sacris profanatis, suburbij vastatis, tandem advenienti Joanni Austriaco victas manus dedit Regi suo conciliata.

Eodemque anno à Casimiri milite iterum spoliata & profanata & exhausta multum de pristino remisit splendore; ut ex relatu diversorum intellexerim, ultra duo ædium millia in suburbano everfa.

Rei sacræ & religionis apud Nivellas initium non altius quàm ab Antistite Amando & Ita Pipini primi coniuge.

Illius consilio hæc *Nivigellensem cellam* sive cœnobium instruxit, extructoque Gertrudem filiam præfecit. Cæterum ubi monasterium illud vetus fuerit, & cujusmodi in eo Religiosæ, æquè controversum est.

Sunt qui primitus extructum putent Abbatiam loco qui adhuc nomen retinet in pago vicino & subiecto Nivellis.

Alij ex cubiculo D. Gertrudis quod in æde urbis primariâ visitur solemnî peregrinorum concursu, aliter conjiciunt.

Quoad religiosarum qualitatem hoc disco ex diplomatibus utriusque sexus ab antiquo fuisse collegium dictos fratres & sorores *Nivelli canonicj* & alibi *Beginas* solas, de *Nivella* tamquam prius & potius Capituli membrum nominari.

Nec mirum videri debet, cum *Beginæ* nomen olim Augustum & nobilibus medium illud vitæ genus inter cœnobiticam & sæcularem professis proprium fuisse docere possim.

Quod interjecto tempore, velut obliteratum, Leodij à quodam cui *le Begge* cognomen fuit, resumptum fuit, instituto ad hoc non Collegio, ut olim vocabatur, sed Curia Beginarum.

Addam hoc, etiam si D. Gertrudis votum castitatis emisisse legatur, non videri tamen id univresale omnibus Canonicabus, utar hoc ad distinctionem vocabulo, fuisse, cum in vetustis diplomatis appelletur semper *Abbatissa secularis Collegij Nivellensis & Princeps Imperij*.

Certus interim & Abbatissam cum suo collegio, & bona, & vitam & habitationem communem habuisse. Cujus rei vestigia in literis & memoria supersunt, nomina & loca Dormitorij, cœnaculi, claustrî ambitus, &c. & regula ex diversis collecta quam eas habuisse testatur Molanus.

Et quod in actis D. Gertrudis lego profugisse ex claustris incendij grassantis metu & periculo virgines. Quibus Carolus M. Henrici tres, Ottones duo Augusti, bona, immunitates, privilegia, dederunt, auxerunt, confirmarunt: accedente permissu Clementis 2. Leonis, Urbani, Innocentij, Gregorij Pontificum.

Est itaque hic primus Collegij hujus Virginalis status. Quod jurisdictionem suam temporalem & tribunalem Abbatissæ in totum transcripsit: adeoque rogatus *Lotharius Imperator bona congregationis, Abbatissæ & Præpositi Capellani sui perpetui à Clericorum* (sic tum dicti qui ante fratres) & *sanctimonialium bonis separavit*.

Quod magis speciatim factum & exinde servatum Abbatissæ & Præposito sua legitima, ut sic dicam, assignata, Abbatissa, dum hæc scribo, Margareta de Hennin. Præposita Catharina de Honsbroeck, quarum beneficium & codicis antiqui, & diplomatum inspectionem habui quæ hoc (o) signo separabo ab alijs, quæ ex archivo oppidi per Pensionarium mihi sunt communicata, quæque (8) sic prænotabo.

Interjecto tempore ex *Fratribus & Clericis* factum Canonicorum collegium, à virginali non nisi sexu divisum & choro.

Invenio institutionem presbyteralium præbendarij factam à Capitulo, Benedicti Pontificis accedente consensu. Cum biennio ante Decani per Adulphum Episcopum Leodicensem inveniantur confirmatio.

Ita ut nunc universam promiscui sexus in Ecclesia Nivellensi sunt præbendæ 72.

Quarum possessoribus Abbas Cisterciensis, totius ordinis sui merita communicavit.
Ad laudem hujus Collegij facit, quod nullum tota Gallo-Brabantia cœnobium sit, quod non inter fundatores suos Abbatissam Nivellensem debeat numerare: ut taceam & Thenis, & in Leodienfi patria exempla ejusmodi infinita.

Parochiam sive curæ animarum destinatam Ecclesiam unicam ab antiquo, Nivella habuit Virgini Matri inscriptam.

Et hinc est quod in diplomate Caroli M. & alibi, leges cœnobium conditum in honorem S. Mariæ, ubi gloriosa *Gertrudis corpus requiescit*. Quamquam aliàs illud ipsum *Cœnobium S. Petro dicatum* scribatur, aliàs Gertrudi.

Cæterum cum loci & sanctitatis fama in infinitum cresceret incolarum multitudo, ita ut alibi legam in *Beginassa Nivellensi fuisse virginum duo millia*, necesse fuit partito animarum onere plures institui Parochias, institutæ vndecim.

Getaliæ }
S. Cyri } Nunc in suburbano conspiciuntur, sed dirutæ per has turbas.

De Tiniis extra urbem adhuc perseverat.

Apostolorum	{ Ioannis } { Andreae } { Iacobi }	In urbe nunc sunt & solæ sunt parochiæ ab anno
Martyrum	{ Mauritiij } { Georgij }	
Antistitis	Nicolai }	

S. Sepulchri nunc parochia esse desijt.

Uterius publica & privatotum aliquot munificentia Franciscanis fratribus templum & cœnobium extru-
ctum.

Qui procurante D. Margareta gubernatrice reformanti *observantia*, quam vocant regulam, assumpserunt.

Et iterum collapsio aliquantisper temporum licentia fervore, nuper resumpto spiritu *Recollectarum* instituta
secuti sunt, in quo etiamnum 30. & amplius fratres perseverant.

Innotuit conventus iste, potissimum inter alios Provinciæ Flandriæ ob studium Theologicum illic doceri
solutum.

Denique ob alumnos suos P. Franciscum qui per 15. annos à sacris Concionibus fuit Carolo 5. author
perfecti egregio opere templi.

Et Petrum qui Reginarum 2. Franciæ & Hungariæ, Leonoræ & Mariæ confessor extitit.

Et Franciscum à *Willoncapelle*, qui parato D. Ioanne Austriaco insignem urbis cladem, sua avertit prudentia,
& Henricum Willot qui evedus ad Episcopalem cathedram Namurci. Cuius Diœceseos nunc est Nivella,
olim Leodiensi subdita. Episcopo insuper fuit olim promiscui sexus collegium servientium in Xenodochio
pauperibus qui in certo olim numero ad senarium viri, ad quaternarium feminae sunt reductæ.

Hoc Xenodochium Nivellense propriè vocatur D. Nicolao sacrum, ubi hodieque à Martinalibus usque ad
Bacchanalia idque à quinta matutina ad nonam usque fetotina luculentus ad usum quotumcumque pauperum
focus extruitur, pro quo omne Hospitalis peculium obligatum invenio.

Præterea in tractu S. Cyri Beginæ olim nunc pauperulae, coemptam in urbe domum habitant, institutæ
cum Dux eis permittit acquirere proventus ad summam usque 100. librarum Lovanij.

Similes, sed quæ olim pauperes cognominatæ sunt in *Gothalia* per Beatricem *Velhette* primum dotatæ. Est &
aliud receptaculum pauperum & Beginatum S. Sepulchri.

Invenio & autoritate Gregorij Papæ confirmata bona *Hospitalis frigidi montis* in Nivella.

Amplius in usu & ore est urbis hospitale, cui secundus Senatus membrum præest, de qua litteras & consti-
tuciones invenio.

Locus autem ubi exiguum hospitale Bethpages titulo olim erat Virginibus, tertiam D. Francisci professis
regulam Brusseto advenientibus à Senatu permixtus est, templumque Ioannes *Bourgeois* Chorepiscopus *Leo-*
dienfis dedicavit Virgini Matri & Sodalitio Ursulano Martyrique Christophors.

Integritatis nomine Virgines optimè solent audire, adeoque per has Geldonienfè cœnobium fundatum est.

Præter hæc primæ notæ templa sunt varijs Divis inscripta Nivellens facella 4. cryptæ 3. Inter quæ facellum
Cunæ dedicatum 19. Martij an. 1455. Magdalenæ an. 1240.

Et postremò Nivellens auspicio Francisci Buseretti Namurcæi Antistitis 5. ope Cleri, erectum loco per loci
Comme son Excellence a trouvé convenir pour soulager les terres franches des logemens effectifs de sa Compagnie des Gardes de Cuyrassiers de faire une nouvelle repartition des rations, que lesdites Terres auront à fournir respectivement chaque mois es mains du Fourrier de ladite Compagnie en cette Ville de Bruxelles, selon que sera déclaré cy-dessous. A sçavoir ceux de Goselies & Ranfart dix-sept rations, par jour, à raison de treize sols chaque ration, ceux de Souvré quatre semblables rations, ceux de Chapelle Arlemont aussi quatre semblables rations, ceux de Resves six semblables rations, ceux de Bufet trois semblables rations, ceux de Luth deux semblables rations, ceux de Hollé une semblable ration, ceux de Hantes deux semblables rations, ceux de Virginal une semblable ration & demye, ceux du Fief de Rognon une semblable ration, ceux de Lumay, Getrud onze semblables rations, ceux du Mont S. Andrieu quatre semblables rations, ceux de Lonchamps, Crocu trois semblables rations, ceux de Hamptreu une semblable ration & demye, ceux de Longé, Sauvenair quatre semblables rations, ceux de Maude, Plouvy neuf semblables rations, ceux de Grametz, Fromont & le Breucq trois semblables rations, ceux d'Ogimont quatre semblables rations, ceux de Pipaix & Guisignies neuf semblables rations, ceux de Lignet une semblable ration, ceux de Melle & Erquesies quatre semblables rations, ceux de Roncouth & Verue deux semblables rations, ceux de la franche Cense à Renaix une demye ration, ceux de Haulterive à Pottes & Seigneuticul trois semblables rations, ceux de Herines deux semblables rations, ceux de Ribauplanq & la franche Taverne à Estiembourg une semblable ration & demye, ceux de Nèder brakel & Sarlinghen vingt & quatre semblables rations, ceux de Steenhuyse sept semblables rations, ceux de Lembeke huit & demye semblables rations, ceux de Burchelez Vilverde une demye ration, ceux de Rutten douze semblables rations, ceux de Nedetem quatre semblables rations, ceux de Pceff deux semblables rations, ceux de Fouloigne quatre semblables rations, ceux de Hopperinghen trois semblables rations, ceux de Moupertinghen trois semblables rations, ceux de S. Amand & Opèorp treize semblables rations & demye, ceux de Traisignies & la Tour d'Hermon quatre semblables rations, ceux d'Estrun, Cauchy, Rolly, & Feron onze semblables rations. Ordonnant son Excellence au nom de sa Majesté aux Afforrains, destructeurs tenans Moulins, Bois, Dîmes, Prairies, ou Terres labourables esdits Villages, ou Franchises de contribuer au present logement à rate & proportion du contingent desdites Terres, Prairies, Bois, Moulins ou Dîmes qu'ils y tiennent, labourent, on occupent. Si autorise sadite Excellence audit nom de sa Majesté les Baillys, Mayeuts & Eschevins desdits Villages & Franchises de contraindre par voye d'exécution réelle les defaillans desdits Afforrains destructeurs, & autres au payement de leur quote. Fait à Bruxelles le 24 de Mars, l'An mil six cent soixante & cinq. Estoit soubscrit El Marques de Castel-Rodrigo. Pans-bas Par Ordonnance de son Excellence, signé Verreyken.

LIBER III.

Continet Præfecturam Montis S. Wiberti.

CAPVT I.

De Dominio & Pago Montis S. VViberti.



NSEIMO Abbate & Chronographo Gemblacensi procurante, in Monte S. Guiberti Basilica ædificatur, locus ille privilegij donatur à Godofrido Barbatò Brabantia Duce anno M. C. xxiii. Diplomatis verba hæc sunt:

GODEFRIDUS gratia Dei Comes Lovaniensis, Dux Lothariensis; omnibus veritatis amicis. Sit notum vobis, quia diebus meis & Anselmi Gemblacensis Abbatis, juxta Villam quæ *Velius* dicitur, erat locus, qui nunc Mons S. Guiberti cognominatur. Mons quidem incultus, sed munitioni aptus, prædium Gemblacensis Ecclesiæ erat, & Ecclesia quæ in eo fuerat, iam multo tempore destructa erat. Abbas & Monachi timentes, ne injustus perversor locum invaderet, & munitione ædificata, vicinos & maxime familiam Ecclesiæ affligeret; habito mecum consilio, feria quarta Paschæ, feretrum S. Guiberti cum reliquijs illuc deportaverunt, & Deo cooperante, & per B. Guibertum infirmis multam sanitatum gratiam largiente, Ecclesiam, ut cernitur hodie, ædificaverunt, multo sumptu & labore. Cumque multi illuc converterent, & ad habitandum sibi domos construerent, iterum habito consilio cum supradicto Abbate & familia Ecclesiæ, decrevi ut locus ille cum oppido Gemblacensi jus legale & consuetudinarium in omnibus haberet. Quamvis autem ego, sicut & antecessores mei, per manum Imperatoris sim constitutus Advocatus Gemblacensis Cœnobij, tamen ut omnimodò esset rata mea constitutio, adhibita est etiam Leodicensis Episcopi confirmatio. Actum anno millesimo centesimo vigesimo tertio, in dictione prima, epacta vigesima secunda; Domino Alberone primo hujus nominis Leodicensium Episcopo.

Ex Not. Eccl. Belgij cap. 134.

De ædificatione hujus Ecclesiæ, videndus quoque præfatus Anselmus Gemblacensis ad annum 1123. qui afferit ad festivitatem istam confluisse ad duodecim millia hominum, ex quorum *oblationibus insignis constructa Ecclesia*, inquit Molanus in Vita S. Guiberti, aliàs, Wiberti.

Gramais scribens de Monte S. Wiberti, prodit sequentia.

Mons prope villam Pelerius, à Beato Guiberto nomen servat, ex eo quod Divi illius corpus ad precès Ducis eo allatum pluribus claruerit miraculis.

Cæterum Dux montem cum appendicijs suis Gemblaco adiunxit anno 1116. eius lege privilegioque deinceps gavifurum. Ioannes autem Dux totius loci Dominium Abbatia transcripsit anno 1307. *Ex Diplomate Godofridi & Ioannis Ducum per D. Gemblacensem mihi transmissis.*

Ubi nunc templum est, vetus Ducum curia fuit & spectantur hodieque in vicino Palatiorum rudera manifesto indicio loci olim celebratissimi. *Hæcibi.*

Nullum mihi dubium est, quin etiam locus hic spectavit ad patrimonium & aulam Comitum Lovaniensium inibi que habuerint prætorium, siquidem ad nostra usque tempora tenuerunt in Monte S. Wiberti Alodialem Curiam, quam anno 1630. Philippus IV. Hispaniarum & Indiarum Rex venalem exposuit, porro quis eam emerit me latet.

Cæterum legimus apud Divæ rerum Brabanticarum libro x. pag. 101. Balduinum Hannoniæ Comitem Gemblacum cum Monte S. Wiberti incendisse. anno 1186.

Denique comperio inter fundatores sacellorum templi Villariensis, *Mariam de Monte S. Wiberti*. Et inter nobiles qui anno 1372. interfuerunt Comitibus Cortebergensibus, Franconem de Halen Lilloæ Dominum, & Montis S. Wiberti.

Quod attinet à Decimam Montis S. Wiberti certum est ad eandem spectare Ecclesiam, uti testatur Anselmus supra citatus, de hoc loco commemorans his verbis: *Olim quippe Ecclesola lignea in eo fuerat, habens privilegij sui dignitatem, scilicet baptisterium, sepulturam & decimam.*

In Rescriptionibus Curatorum ac Concilij Gemblacensis pro anno 1511. legitur,

Mons S. Wiberti, quarta Capella est. Rector Dñs Walterus Monchin, absens, & deservitur per D. Henricum dictum le Grand Jean. Valet xxij. modios speltæ in portione Domini Abbatis Gemblacensis.

Altaris Ioannis Bapt. ibidem, Rector est Dñs Iohannes Kynon deserviens personaliter. Valet tres modios speltæ.

Altaris S. Nicolai ibidem, Rector est N. deservit personaliter cum Coadjutore valet iv. modios speltæ.
 Altaris Sanctissimarum Crucis & Trinitatis in Hospitali, Rector est Dñs Domicianus de Mez deservit personaliter sub onere unius Missæ in hebdomada, valet vij. modios speltæ. Clericus est solutus.

CAPVT II.

De Dominio, & Municipio VVaveræ.

Waveræ, inquit Gramajus (sic enim scriptum olim) celeberrimæ totius Brabantæ Gallicantis municipium, de cujus nomine libenter aliquid desinentes audirem, cum alibi ejusdem nomenclaturæ, pagos sit invenire: qui cum à Deipara aut diva Catherina cognomentum ad distinctionem assumant, hanc invenio? Monachorum VVaveram subinde nuncupatam.

Jure oppidi donata jam inde à Godefridi Vitronij ævo, sed munificentia Principum Joannis Ducis, Philippi Regis Castiliæ, & Caroli V. Cæsaris ita nobilitata, ut quoad privilegia nobilissimis Brabantorum urbibus vix sit celsura.

Nundinas liberæ annuatim habet postridic Mathæi & Assumptionis hebdomadatim diebus Mercurij & Sabbathi.

Prætorum habet & Senatum proprium, habere solet tribus suas patricias, regiones municipij nunc tres, nunc quatuor, nunc plures.

Castro ornari solet diruto nuper per Marchionem Berghensem, credo, ut vicinum ornaret Valhainium. Vias lapidibus stratas habet plures, pontes flumini superinjectos aliquot.

Domuum ante annos 100. id est bello Geldrico intelligo fuisse ultra duo millia.

Sensit autem pluries Martem fatalem illum regnorum urbiumque carnificem incendio sædè vastata. Nominatim bello Geldrico.

Denique ferro flammaque vastata à Gallis anno 1542. spoliata sub initia harum turbarum iterum iterumque anno. 1578. anno. 1586. anno 1594. & ultimò anno. 1604. à milite qui dilatæ stipendiorum solutionis causa secesserat.

- Ecclesiam de VVaveræ Godefridus Dux Abbatia Affligimienfis donavit. anno. 1138.

- Ubi intelligo Sacellanos aliquando undecim eodem tempore habitantes rem divinam peregrisse, & audio hodieque aliquot hominum millia interesse.

Præter Parochialem autem autoritate Julij Papæ Prioratui incorporatam & Archiepiscopatu Mechlinie nsi, jam secundo flammis omnino deformatam, sunt VVaveræ agrorum & pauperum receptacula plura.

Inter alia unum excipiendis hospitio Sacerdotibus iter facientibus deputatum cum Sacello Castrali à Spontiois, ut audio, dotatum.

- Hactenus Gramajus, quem equidem miramur prætermisisse, quod Thylia amnis Waveram medius interfluat.

- Porrò Scriptor ille opus suum anno 1606. excudi curavit, longèque post Carmelitani ac Franciscani Minoritæ Waveram advenerunt, ædificatisque splendidissimis Cœnobijs, hortis fontibusque amœnis, locum gustiorem fecerunt, quibus tamen pro sancto & frugali vitæ instituto utuntur magis, quam fruuntur.

Cæterum convenit præclari hujus Dominatus procerum seriem dare, quoad possint ex fide dignis documentis cognosci: scimus enim antiquissimis temporibus, loci hujus Dominium spectasse semper ad patrimonium & aulam pristinorum Lovaniensium Comitum, quandoque ab eorum filijs possessum; exemplo nobis sunt: Sigerus de Wavria & Godefridus frater eius cognomento Synagogus & Henricus de Wavria, qui reposuerunt in manum Ducis Godefridi eorum patris, ut quidquid Ecclesia Wavriensis tenebit de feudo vel de alia qualibet terra ipsorum, hoc liberè & legaliter in æternum possideret. anno 1136. Ex Reg. Wavriensi pag. 5.

Legimusque ibidem, Ego Godefridus Dux postea veniens ante altare sanctæ Mariæ in Wavera, cum filio meo Henrico, assentientibus Sigero de Wavera, Sigero de Liemale & Gozwinno de Wavera cum suis fratribus &c. anno 1173.

Præterea in eodem Codice pag. 24. Littera Roberti Abbatis & Conventus Affligewensis quibus concedunt Nobili viro Sigero de Wavera communionem suarum orationum & sepulturam in Ecclesia Beata Mariæ in Wavria. SINE DATA. Sed Robertus ille fuit nonus Abbas Affligemienfis obiitque xiiij. Kal. Aprilis m. cc. xxiv. de quo legitur in veteri. M. S. prædicti Cœnobiij, fabricavit refectorium nostrum. Grande illud & stupendum opus aliquando sum admiratus. Ad annum 1291. comperio Joannem Equitem Dominum de Wavre cum Alceide conjuge, uti patet ex instrumento subjuncto, quod hodieque integrum aservatur in archivo Domus de Berges.

Nous Iohans, par la Grace de Dieu, Duc de Lothier, de Brabant & de Lymborch. Faisons a sçavoir à tous chiaux ki ces presentes lettres vieront, & oront, ke Iohans Chlrs. jadis Sires de Wavre & Alis sa femme, tienent & dolent tenir toute la Terre de Wavre, toute leur vie, & en telle maniere qu'en cette leure est escript &c. L'an de l'Incarnation de nostre Seigneur m. cc. xci.

Dubitamus an hic Ioannes non sit Ioannes dictus Meeuwe filius nothus Ioannis I. Brabantæ Ducis, idemque

que de quo Burkens scribit lib. 4. Trophæorum Brabantie pag. 334. cuiusque primæ conjugis nomen desiderari dicit. Potuit autem ille secundis nuptijs duxisse Margaretam Pamelæ Dominam, ratio enim temporis non obstat, siquidem *Ioannis Meeuwe Dominus de Wavere*, reperiatur anno 1323. signasse & sigillo suo roborasse litteras *Otonis Domini de Cuyck & Heverle*, quibus Gtaviam oppidum suum Ioanni III. obtulit & ab eodem in feudum recepit; cuius exemplar ad longum exhibetur in Probationibus ad lib. iv. Trophæorum Brabant. pag. 157. idemque reperitur in Notitia Ecclesiarum Belgij, sed contra Cuius, & errore describentis aut per ignaviam typographi perperam appositus annus 1223. cum 1323. esse debeat, quod monitum volui ne quis eo seducatur. Credatque Ioannem de Meeuwe vixisse centum annos ante.

Ioannes Meeuwe genuit ex Margareta Domina de Pamele, Guilielmu Dominum de Wavere, qui duxit Margaretam de Wassebergh Dominam de Hermale filiam Arnoldi, Domini de Lumaing, ex quibus nati Ioannes Dominus de Wavere, Hermale &c. Guilielmus Dominus de Wavere, à quo orditur primarius Codex feudorum Gallo-Brabant, in quo notandum quod Margareta soror præfati Guilielmi, postque eius mortem Waveræ Domina nupsit primum Ioanni Domino de Diedegem, secundique nuptijs Dionisio de Spontin, non autem Guilielmo, ut habet Burkens in genealogia gentiliu *Wavere & Dongelbergh*.

Habe igitur quæ leguntur in præfato codice omnium fidei summo.

Extrait hors le Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant, resposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve sous la Capitulation de Wavere, Champes folio lxxxiiij. recto & verso comme s'ensuit.

Signeur Charle Henry de Lorraine Prince de Vaudemont prima Junij 1663. par donation de sa Dame Mere soubzscripte.

Dame Beatrix de Cufance 23. Iunii 1643. par donation de sa Dame Mere soubzscripte.

Dame Ernestine de Witthem xi. Aprilis 1632. par le trespas de Dame Marie Elisabeth soubzscripte.

Damoiselle Marie Elizabeth, Marquis de Berges sur le Zoom, Comtesse de Berch & de Walhain, Baronesse de Perwez &c. xxx. Decembris 1613. par le trespas de Dame Marie Mencie de Witthem sa Mere soubzscripte.

Damoiselle Marie Mencie de Witthem feudataire mortuaire cum suis, nona Martij 1588. par le trespas de Dame Margarine de Merode leur Mere Infra-script.

Damoiselle Margarine de Merode iij. May xv. lxxxvij. par le trespas de feu Messire Iehan Marquis de Berges son oncle soubzscript.

Messire Iehan Marquis de Berges xvij. Octobris xv. lx. par le trespas de Messire Robbert son frere soubzscript.

Messire Robbert de Berges xij. May anno xv. & lj. par le trespas de feu Messire Antoine de Berges son Pere soubzscript.

Messire Anthoine de Berges Chlr. le xij. de Mars, l'an xv. & xx. par le transport de Messire Iehan de Berges son Pere soubzscript.

Messire Iehan Seigneur de Berges; Chlr. de l'Ordre &c. le xv. jour d'Octobre l'an xv. & ung, par achat fait alencontre de Iehan Seigneur de Spontin soubzscript.

Iehan de Spontin le xxj. jour d'Aoust l'an xiiij. liij. xij. par le trespas de feu Messire Robert de Spontin Chlr. son Pere soubzscript.

Messire Robert de Spontin Chlr. le xix. jour de Fevrier l'an xiiij. lxxij. par transport de Guillaume de Spontin son Pere.

Robert de Spontin Seigneur de Wavere:

Dame Marguerite, Dame de VVavere espouse à Messire Denays de Spontin.

Guillaume Sire de VVavre. Tient la Ville, Terre & Seigneurie de VVavre; avecq les Justices haulte moyenne & basse, Mayeur, Eschevins, lvij. bonniers de terre gifants en plusieurs piecs dedans ladite Seigneurie de VVavre, xv. bonniers de bois gifants sur le voye de champs appellé le beumont, gisant de lez les terres du Seigneur de Bierges. Item encores ix. bonniers d'eauwe parmy le proprein de la maison, gisant au tour de la maison, à laquelle Seigneurie appartiennent deux moulins gisant en ladite terre de VVavre, & deux brassines. Appartiennent encores à ladite Seigneurie de VVavre le wynaige passant parmy ladite Seigneurie, l'affourage de vin, le rewardaige, le terraignes, mortemains, Loys & congies, de x. deniers l'ung & le hallaigre. Item valent le Cens Seigneuriaux appartenens à ladite Seigneurie, chacun an que on rechoipt sur plusieurs heritages gisant en ladite Paroiche de VVavre c. xxxix. fs. bons Cens, ij. fix chappons & demy, & six muys d'avayne par an. Appartiennent encore à ladite Seigneurie plusieurs hommaiges. Laquelle Seigneurie de VVavre est joindant à la terre & Seigneurie de Roux S. Aguisle d'un costé, à la terre de Gres d'autre, à la terre de Sombresse du tiers, & aux terres de Lymale & de Bierge du quattiesme costez. Vide Lat. 49. 123 verso St. 59. Sp. 38. verso.

Insupet his addenda remur ea quæ leguntur in Hemicurtio cap. 5. pagina 68. editionis anni 1673. de filiabus Henrici Domini de Hermalle ad rem nostram facientia suntque ita.

La seconde fille fut Dame de Hermalle, & mariée au Seigneur de Wavre en Brabant, dont sortirent Maître Guillaume, qui mourut sans heirs, & deux filles; l'aînée a eponzé Monsieur Guillaume l'Ardenoy le jeune Seigneur de Spontin & de Wavre &c. Idem scriptor cap. citato, pag. 73. Sibille de Wavre fut mariée avec Robert, fils de Monsieur de Spontin, Seigneur de Wavre, dont elle a un fils nommé Guillaume, qui doit estre aussi Seigneur de Spontin & de Wavre &c. Hæc ibi, porrò in nova lectione habetur, Monsieur de Spontin, sed in antiqua quam secuti suamus Monsigneur.

Et in Regesto tabularum Prioratus Wavriæ, vidimus litteras, quarum initium tale.

Nous Willhames li Ardinois Sir de Spontin, & nous Willhames Damsouhaux de Wavre Esuyers &c. mil troz cent ssf. tante & denze.

Cæterum, ne quis arbitretur prædicta confinia Waverensis Domini per ignaviam aut errore transcribentis, dici attingere terram de Sombreffe, à la terre de Sombreffe, sic olim res se habuit, quando Rixensart, Ottignies Capelle &c. Lambert juris erant veterum Sombriæ Dynastarum, ut in tempore memorabitur.

Sunt insuper quedam Toparchiæ in ambitu Parochiæ Waverensis, minora jurisdictionis jura habentes, de quibus satis accuratè scribit Ioannes Blondeau, nec mirum, quia de natali solo, idque his verbis,

Vaux sive Val.

LA Seigneurie de Vaux ou Val en Wavre at cy devant appartenu à la famille de Walhain; & souz le Duc Jean III. Henry de Walhain frere d'Arnould Guillaume & de Lancelot Seigneur de Villers s'intituloit Seigneur de Vaux: souz la Duchesse Jennie vivoit encor Henry de Walhain Seigneur del Vaux & Jean son frere. Il y en ma jeunesse veu la motte, ou estoit autresfois assis un Chasteau, & je ne scay si les vestiges y restent encor.

Cette Seigneurie n'est pas de grande estendue, mais at ut grand nombre d'arrierfiefs qui en relevent, & le fond appartient la plus part au Seigneur, & est de bon rapport; elle entra depuis en la famille de la Haye Seigneur de Tierne à Villersville, qui y adjoustoit le tiltre de Seigneur del Vaux prez Wavre. Elle releve de Wavre, & est partie d'icelle, ayant divers cens Seigneuriaux & arrierfiefs comme l'ay dit.

L'an 1594. Eustache Seigneur d'Holden Boulers fils de Jacques & d'Adriane de Glymes releva la Seigneurie del Vaux dite autrement les cens de Bruxelles. Eustache avoit epousé Antoinette d'Oyenbrughe de Duras.

L'an 1617. Charles de Holden releva la Seigneurie del Vaux; fils d'Eustache Baron d'Holden Seigneur de Boulers, Rouxmiroir ou Rouxmiroir &c. la vendit à Renier le Roy & fut retraicte par Philippe d'Anneux Baron de Crevecoeur qui la vendit l'an 1632, à David Butanci, & icelluy, comme je croy, à Thomas Lopez de Uiloo Baron de Limale.

La Barre.

LE fief de la Barre releve du Seigneur de Wavre & y est contigu, ayant des arrierfiefs qui en dependent, at appartenu à Regnault de Sainctes & à present à Antoine son fils.

La Pierre & la Hayette.

CES deux Seigneuries ont cy-devant esté distinctes & separées, mais à present sont unies à la Seigneurie de Wavre.

La cense du Temple.

LA cense des Templiers est située souz la jurisdiction de Wavre, appartient à la Commenderie de Chantraine. Il y at une Chapelle en laquelle les Commendeurs sont obligez de faire celebrer trois messes par semaine & fournir pain, vin & luminaire: Ils y constituent un sergeant qui à la demeure dans une maison contigue à la cense.

Le moulin de Baswavre est bannal & lez Communautez d'Archennes, Bossuyt, Gottechien, Nodebais, Pertot, Grotchachee, Lorensart, Doucheau & autres lieux y sont sujetz.

Les Seigneurs de Wavre ont fondé dans l'Eglise de l'Abbaye de Gemblours deux messes par semaines, ayants à cette fin affectez douze muids de bled sur leur moulin, à tenir en fief du Seigneur de Wavre.

In Rescriptionibus Curatorum ac Constatrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. legitur.

WAVRA dimidia Ecclesia: Rector est Dñs Robertus Prior Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Waverensis, deferviens personaliter cum Coadiutore videlicet cum Dño Marco, sub onere quinq; Missarum in hebdomada valet lxxj. modios speltæ in portione Dñi Abbatis Aftigementis.

Altare Sancti Nicolai ibidem cujus Rector est N. deferviens personaliter sub onere duarum Missarum hebdomadatim, valet xvij. modios speltæ.

Altare Mariæ Virginis, cujus Rector est D. Daniel de Ponte deserviens personaliter sub onere duarum Missarum in hebdomada, valet sex modios speltæ.

Altare Sanctorum Ioannis & Katarinæ ibidem, Rector est Dñs Arnoldus Toussain deserviens personaliter sub onere duarum Missarum hebdomadatim, valet viij. modios speltæ.

Altare Mariæ Magdalene ibidem, cujus Rector Dñs Marcus Felins deserviens personaliter sub onere unius Missæ in hebdomada, valet sex modios speltæ.

Altare beatæ Katarinæ & Anounciationis Mariæ, cujus Rector est Dñs Ioannes delle Fosse deserviens personaliter sub onere unius Missæ in hebdomada, valet v. modios speltæ. Clericus est solutus. *Hæc ibi.*

Cæterum præclarum hoc Dominium ab Illustribus Familijs possessum semper, hodieque possiderur à Cælo Principe Vaudemontano, uti supra ostensum, quem ut Deus Reip. bono conservet diu, ex animo optamus.



CAPVT III.



Prioratus Wavra Ord. S. Bened.

De Dominio, & Prioratu VVavra Inferioris.

Subjectus VVavriae Prioratus Ordinis S. Benedicti Affligimio subjectus, quia in loco Ecclesiastici juris Affligimienfium fundatus, idque rationis Iconis cœlitus delapsæ & miraculis clarissimæ, & vocis à magna hominum turba exauditiæ. Hanc Vallem inhabitabo quoniam eligi eam. Tum enim ædes sacris & religiosorum usibus strui cepta. Quam temporum vitio collapsam Carolus Croyacus Episcopus restituit & alia cœcilio opere super addit ædificata.

Visitur in templo Tumulus ex nigro marmore Godefridi Ducis filij Prior autem in loco vicino Senatium & tribunal suum habet. *Hactenus Gramaius.*

Verùm enimverò quod actinet ad sepulchrale monumentum honori manibusque Godefridi Ducis filij extractum olim, in templo hujus Prioratus, Gramaiique tempore adhuc superstes, uti supra ex eo patuit, nunc amplius non est reperire, destructum, non situ temporum bellorumve malis, sed ut confessionali sedi circa aram S. Benedicti fieret locus, simulacri tumulique fragmenta, in templi angulum detrusa vidi, & vidisse penituit, tanti Principis extinctam memoriam, eo in loco, ubi æternum debuerat viguisse, quemque dum erat in vivis, beneficijs cumulaverat, & pro sepultura elegerat.

Cæterum, Henricus III. Comes Lovaniensis & Brachbatensis anno 1086. fundans dotansque Abbatiam Affligimienfem, postquam in suo diplomate recenfuisset ea quæ Monasterio destinaverat, addit *Capellam in Wavra*, his verbis:

Uz autem per amplius beneficium, maius ad Dei servitium cresceret eis desiderium, Capellam nostram libram in Wavra subterius sitam, cum tota decimatione superioris Ecclesie, cum debita instituendi presbyteri subiectione, cum terris insuper aliquibus, nostra cultura subsistentibus, cum teloneo & maceria, cum molendinis, & curtijs ad nos in eadem villa pertinentibus, huic traditioni legitimè addidimus. Exhibetur hoc diploma integrum ab Auberto Murzo in Codice Donationum piarum cap. LXV.

Hæc sunt primordia Prioratus Waverensis, quem faxit Deus æternum vigeat, in observantia Regulæ S. Benedicti,

Benedicti, quam jam à sexcentis & quatuor annis proficitur. Sed ne quis miretur à tanto tempore non excrevisse in Abbatia & *Vlterbacum* immittat, provifum fuit diplomate *Willelmi* Abbatis anno 1197. quo ftatuit ut in Cellis *FRAXINA*, *WAVERA*, & *BORNEREM*, nulli omnino fve Laico fve Clerico Religionis habitus tribuatur. Ex Regift. A. ff. fol. 154.

CAPUT IV.

De Dominio & Pago Bierges.

Birges Pagus Waveræ vicinus, edito loco fitus, unde profpectus amoeniffimus verfus præterlabentem *Thylliam* amnem, fupremum eius Dominium, fiduciario jure poffidendum, tranfcriptit *Philippus IV.* *Hifpaniarum* & *Indiatum Rex*, Thomæ Lopez de *Ulloa* *Limalæ* Domino anno 1626. tertia *Augufti*, pto mille quingentis florenis, uti in *Regeftis* *Camerae* *Rationum* *Ducatus* *Brabantiae* fcriptum vidi.

Poffideri inibi *Limalæ* Baro jura prædicae non exigua interque ea *Sylvam* vulgo *le Bois de Bierges*, acquifita, priusquam à Principe fupremam *jurisdictionem* loci impetravit; de his *Ioannes Blondeau* in *Commentarijs* de *Gallo-Brabantia* fcribit ifta.

La Seigneurie Fonciere de Bierges releve en plein fief de la Baionnie de Baudou en Haynaut, avec les arrierfiefs en dependants, & at eſté cy-devant poffedé par la famille de Quaderebbe, dont ie trouve ſouz le Duc Jean III. Jean de Quaderebbe, & ſouz la Duchesse Jeanne Henry de Quaderebbe Seigneur de Bierges.

Elle at eſté depuis partagée & appartient au Seigneur de Sombref, & à Baribalomé Tſeracerts, puis aux maifons d'ltte & Baillencourt, à prefent elle appartient à celle de Ulloa ſeigneur de Limalæ par acqueſt qu'elle en à fait du Comte de Lignarez.

Jus patronatus *Jamolim* attinet ad *Monafterium* *Affligemense* ex dono *priftinorum* *Brabantiae* *Ducum*.

Reperitur inter *proceres* qui *interfuerunt* *comitijs* *Corteburgæ* celebratis anno 1372. *Henricus* de *Quaderbe* *Dominus* de *Bierges*. Vide *diplomata* *Belgica* *Auberti* *Miræi* lib. 2. cap. 98. pag. 420.

In *reſcriptionibus* *Curatorum* *Confratrum* *Concilij* *Gemblacensis* pro anno 1558. leguntur ifta.

Biergis *dimidia* *Eccleſia*, *Rector* eſt *Dñs* *Georgius* *Naveau* *deſerviens* *perſonaliter* *ſub* *onere* *dimidiæ* *Eccleſiæ*, *valer* *xxvij.* *modios* *ſpeltæ*.

Bona *conſiſtunt* *in* *decimis* *parvis*, *pratis* & *terris* *arrabilibus*.

Altaris *B. Mariæ* *ibidem*, *Rector* eſt *Dñs* *Robertus* *de* *Morfain*, *deſerviens* *perſonaliter* *ſub* *onere* *unius* *Millæ* *in* *quindena*, *valer* *v.* *modios* *ſpeltæ*.

Altaris *S. Nicolai*, *Rector* eſt *Dñs* *Robertus* *Staes* *deſervitur* *per* *prædictum* *Dñum* *Georgium* *Naveau*, *ſub* *onere* *unius* *Millæ* *in* *quindena*, *valer* *v.* *modios* *ſpeltæ*.

Infra *metas*.

Eſt *altare* & *Capella* *B. Mariæ* *in* *Champs*, *cujus* *Rector* eſt *Dñs* *Robertus* *Morfain* *deſervit* *perſonaliter* *ſub* *onere* *unius* *Millæ* *in* *quindena*, *valer* *v.* *modios* *ſpeltæ*.

Matricularius eſt *Dñs* *Guilicelmus* *Boulay*.

CAPUT V.

De Dominio Champs.

Patuit ex *reſcriptionibus* *Curatorum* ac *Confratrum* *Concilij* *Gemblacensis* præcedenti capite productis, *infra* *metas* *Parochiæ* de *Bierges* *comprehendi* *Altare* & *ſacellum* *B. Mariæ* *in* *Champs*, quamvis *locus* *ſit* *admodum* *inde* *remotus*, de quo *Antonius* *Spuyte* *Senator* *urbis* *Antverpenſis* *tradidit* *mibi* *ex* *ſuis* *Collethaneis* *ea* *quæ* *ſequuntur*.

De *Heerlijcheyt* *van* *Champs* *is* *gecomen* *van* *Heer* *Arnouwt* *van* *VVilre* *die* *geleeft* *heeft* *anno* *1377.* *en* *van* *hem* *geſuccideert* *op* *Hendrick* *ſijnen* *ſone* *en* *van* *Hendrick* *op* *Heer* *Merten* *van* *VVilre*, *den* *welken* *troude* *met* *Margareta* *Boiete* *ſilia* *Americi*, *en* *hebben* *achtergelaten* *Cornelis* *van* *VVilre*, *den* *welken* *troude* *met* *Heer* *Lowies* *vander* *Thommen*, *aen* *wie* *de* *voorſz.* *Heerlijcheyt* *by* *ſuccesſie* *van* *ſijn* *huysvrouwen* *is* *gecomen* *en* *ſoo* *voort* *verſtorven* *is* *op* *hannen* *ſone* *Lowies* *vander* *Thommen*, *den* *welke* *troude* *met* *Jouff.* *Maria* *vanden* *Dycke* *dochter* *van* *Heer* *Ian* *van* *Dycke* *in* *ſijn* *leven* *Heere* *van* *Santvliet*, *van* *welken* *voor-* *noemde* *Heer* *Lowies* *vander* *Thommen* *is* *de* *voorſz.* *Heerlijcheyt* *van* *Champs* *verſtorv* *en* *op* *honne* *dochter* *Jouff.* *Lowife* *vander* *Thommen*, *de* *welke* *troude* *met* *Joncker* *Thomas* *Spuyte* *Droſſat* *van* *Gaeſbeke* *in* *den*

den jaer 1592. van hunne is de voorz. Heerlijcheyt verstorven op hunnē sone Ioncker Gelonde Spruytē den welken troude met Jousf. Jaquelina Reps, ende nu eyndelijcken by successie gecomen is op hunnē outsten sone Ioan Gelonde Spruytē.

CAPUT VI.

De Dominio de la Pierre.

DE Toparchia à Lapide, in primario Codice Feudorum Gallo-Brabantiaē habentur sequentia non omittenda utique.

Extrait hors le Cheff Registre du Quartier Wallou-Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve sous la Capitulation de la Seigneurie del Pierre soubz Bierges folio lxxxv. verso ce qui s'ensuit.

Damoiselle Matie Elisabeth Marquise de Berghes sur le Zoom Comtesse de Berch & VValhain Baronesse de Perwez &c. xxx. Decembris 1613. par le trespas de Dame Marie Mencie de VVithem Marquise & Contesse desdits lieux sa Mere soubscripte.

Damoiselle Marie Mencie de VVithem feudataire mortuaire cum suis nona Marty 1588. par le trespas de Damoiselle Margarite de Merode leur Mere.

Damoiselle Margarite de Merode iij. May xv. lxxvij. par le trespas de feu Messire Iehan Marquis de Berges son oncle soubscript.

Messire Iehan Marquis de Berges le xvij. d'Octobre xv. lx. par transport à luy fait par Messire Robbert son frere soubscript.

Messire Robbert de Berges le xij. jour de May anno xv. lj. par le trespas de feu Messire Anthoine de Berges son Pere soubscript.

Messire Anthoine Marquis de Berges sur le Zoom le xxij d'Aouft l'an xv. xxxvij. par transport de Messire Adrian soubscript.

Messire Adrian de Croy Seigneur de Reux le premier jour d'Aouft l'an xv. xxxvj. par le transport de Messire Eustas son frere.

Messire Eustas de Croy le xxvij. jour de Juillet l'an xv. xxxvj. par transport de Coen Conte de Vernemborch.

Philippe Conte de Vernembourg le xxvj. jour de May l'an xv. & xxv.

Coen Conte de Vernembourg &c. le xx. jour de May l'an xv. & xxv.

Iehan Conte de Vernemborch le vij. jour de May l'an xv. xix. par transport de Messire Philippe son Pere soubscript.

Messire Philippe Conte de Vernemborch le premier jour de Fevrier l'an xv. & quatre:

Item laditte Dame Marguerite de Sombreffe. Tient la Seigneurie de la Pierre, gisant en la Paroiche de Bierges avecq Mayeur, Eschevins, & Sergiant, avecq ce en cens heritables lxiiij. solz six deniers, Trentetroix & demy chappons huit muys & quatre stiers d'ayayne. Et environ quinze bonniers de Bois & Wastynes.

CAPUT VII.

De Dominio, Comitatu & Pago Dion le Mont.

Quis non jure miretur? ex omni hæreditate S. Guiberti, tot præclaris Dominij olim conspicua, tam exiguum numerum ad Gemblacenses hodie pertinere: ab omni certè memoria *Dion le Mont* eorum possessio fuit. Abalienatum reperio circa annum 1619. jure patronatus retento, emptumque à Petro Daems Equite & Senatore Antverpiensî, cui successit Sebastianus Daems Dominus de Noirmont, ejus filius, in cælibatu mortuus, relictis multarum opum & ditiorum hæredibus sororis suæ filijs, quos omnes in descriptione Baronatus Nigrimontis recensebimus, Sebastianus præfatus successit Antonius Gallo de Salamanca, Franciscus

cifici Gallo de Salamanca Equitis & Consulis Antverpiensis & Mariæ Daems Sebastiani sororis filius, in cujus gratiam *Dion le Mont* anno 1665. in Comitatum erectum; qui inpraesentiarum possidetur ab ejus filio Joanne Gallo de Salamanca Comite de *Dion le Mont*, Barone de *Noirmoot* Domino de *Louvrange* &c.

Gravissimum locum hunc perstringens, Resilant, inquit, utrumque *Divionem*, *Montanum* & *Campestre*, *Abbas Gemblacensium* & *stirpem* quæ à loco nomen habet agnoscunt. In *majori Divisione Gemblacensis*, in *minore Alnensis Abbatem pastorem* constituent.

Porro transcripta ejus anno hujus sæculi sexto vulgata fuerint, non potuit transcriptionis hujus Dominiij mentemisse.

CAPUT VIII.

De Dominio Louvrance.

Louvrance Toparchia partim sub Parochijs de *Dion le Mont*, & *Controy le Grand*, partimque sub Parochia *Waveriensis* sita, jurisque Comitatus de *Dion le Mont*, qui inter cæteros honoris titulos quoque insignitur Dominus de *Louvrange*, uti in Jurisprudencia Heroica in descriptione *Nigrimontis* clarè apparet.

Blondcau, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de loco isto ita memorat.

Louvrange est une Seigneurie séparée, située en partie sous cette Paroisse, & en partie sous celle de *Wavre*.

Alexandre de la Haye (qui portoit d'argent au *Lion de gueule*) en a cy-devant esté Seigneur, qui d'*Anne Sandelin* sa femme n'ayant laissé qu'une fille qui portoit aussi le nom d'*Anne*, & qui mourut l'an 1519. porta les Terres de *Louvrange* & *Limelette* en mariage à *Bauduin de Glimes* Seigneur de *Bonlez*, *Tourine* &c. mort l'an 1487. de cette conjunction est issu *Jean de Glimes* leur second fils Seigneur de *Limelette*, *Louvrange* &c. lequel de *Catharine de Huy* procrea *Anthoine de Glimes* Seigneur desdits lieux, & de *Vaux*, *Courtils* &c. qui espousa en premières nopces *Marie de Dion* fille d'*Adrien de Dion* Seigneur de *Courcelles*, en secondes *Claudine d'Aubrebis*, & en troisième *Anne de Hofden*: du premier liçt issit *Philippe* Seigneur de *Louvrange* fils aîné, qui espousa *Charlotte de Montigny*, Dame du grand & petit *Wargny*, *Fontaine* &c. Fille d'*Antoine* Seigneur de *Noyelle*, & de *Charlotte de N.* de laquelle il ne laissa que *Charlotte de Glymes*, qui transporta ces terres en la famille d'*Anneux*, par l'alliance qu'elle fit avec *Jean d'Anneux* Seigneur d'*Abancourt*, Baron de *Creveœur* &c. mort l'an 1629. Pere de *Philippe d'Anneux* Marquis de *Wargny*, Baron de *Creveœur* &c. Le predit *Jean* vendit la Seigneurie de *Louvrange*, & le Seigneur de *Dion le Mont* moderne en prend le Tiltre. *Hac ibi*.

In Rescriptionibus Curatorum & Confratrum Concilij Gemblacensis anni M. D. LIX. habetur infra metas Ecclesiæ Coreti magni, Altaris Beate Mariæ in *Lubrica* Rector est Magister *Lambertus Bolengier*, deservitur per Dominum *Laurentium Fabii*, sub onere unius *Missa* in hebdomada, valor ejus est vij. mod. filiginis bona consistunt in terris arabilibus quas colit *Nicolaus Bier*.



CAPVT IX.



Castellum Noirmont.

De Dominio, Baronatu & Pago Noirmont.

Noirmontis Dominium, tenetur in feudum partim à Lotharingiæ ac Brabantiae Duce, partimque feudum jure dependet à Domino *Grand Lez*, titulus Baronatus autem à solo Brabantiae Duce. Situs est in antiquo Comitatu *Damensi* nunc Gemblacensi de quo in tempore memorabitur. Monstrantur inibi monticuli duo, ab incolis vicinisque nominati, *Les Tombes de Noirmont*, hi sunt ut opinor, de quibus *Abrahamus Ortelius* loquitur in suo itineralio per nonnullas Galliae Belgicae partes, *his verbis*:

Ad V. ferè M. prope pagum *Walheim* vulgò dictum, cernuntur in loco edito, & ab omni parte conspicuo tun uli duo terrei, rotundi, & fastigiati, gramine vestiti, & arbutis incincti, quos cum manu aggestos judicaremus, videbantur ad Romanorum posse referri tempora. Illos siquidem tumulos ejusmodi existuere solitos, quos & cippos vocabant, ut militum suorum qui in acie occubissent reliquias tegerent, passim testantur historia.

Ecclesia dicata *S. Martino*, structura antiqua saepiusque bello destructa. Altare maius hanc habet inscriptionem, *D. O. M. Deiparae virgini & beato Martino hujus templi Tutelaribus & Patronis, Petrus Daems & Isabella de Witte Domini de Dion & de Noirmont posuerunt 1631.*

Infra repositorium sanctissimi, legitur, *D. O. M. & memoriae Petri Daems & Mariae Crane, obiit ille 1561. hæc verò 1560. Petrus Dominus de Dion & Noirmont eorum filius, poni curavit.*

E regione aliud visitur sacrarium sanctorum destinatum reliquijs, & hæc epigrapha *D. O. M. & memoriae Sebastiani de Witte & Emerentiae ab Hoogveen conjugum. Obiit ille 1570. hæc verò 1623. Isabella Domina de Dion & de Noirmont, eorum filia, posuit.*

In navi templi ad latus dexterum visitur Altare marmoreum & hæc inscriptio *D. O. M. & memoriae Reverendi ac Nob. viri, D. Cornelij de Witte, Canonici & Archidiaconi Antverpien, qui obiit 1626. Isabella Domina de Dion & Noirmont, soror & hæres unice, pos.*

Campana major hanc habet inscriptionem *Sancte Martine ora pro nobis, Conradinus d'Arg. J. de Juppleu Seigneur & Dame de Ligny & Noirmont 1591.*

Cæterum

Cæterum Petrus Daems senator Antverpiensis, Dñs de Dion le Mont, Hutbize aliorumque locorum, emptionis jure acquisivit Toparchiam de Noirmont anno 1625, hic Ecclesiam Castellumque restauravit, in-
 ibique sepultus ante aram maximam, tumuloque incifum legitur.

*Cy gist Messire Pierre Daems Chlr. Seigneur de Dion le Mont, Noirmont &c. qui trespassa & Dame Isabelle de Witte sa Compagne qui trespassa le 1. de Sep-
 temb. 1625.*

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. legitur.

Niger-Mons dimidia Ecclesia. Dñs & magister Lambertus Douppaye personaliter deserviens valet xxx. mo-
 dios speltæ in decimis & 10 Anniversarijs, & terris arrabilibus.

Altare B. Mariæ Virginis ibidem, Rector eius est Dñs Ioannes Godefridus, deservit personaliter sub onere
 unius Missæ in quindena, valet iij. modios, consistunt bona in terris arrabilibus.

In Rescriptionibus autem anni 1552. habetur etiam. Altare S. Nicolai & Sebastiani, cujus Rector est Ni-
 colaus Dupcy abfens deservitur per D. Ioannem Henrici sub onere unius Missæ in hebdomada valet xij. mo-
 dios filiginis mensuræ Gemblacensis.

In Jurisprudencia heroica, de Domino hoc leguntur ista.

Niger-Mons, Gallis *Noir mons*, sub præfectura Montana situm habet. Antiquitas erat peculium VValhai-
 norum: inter quos primus fuit Arnouldus Dominus de VValhain: in cujus stirpe hoc dominium hæsit ab an-
 no 1184. usque annum 1363. quo Jacobus de VValhain illud vendidit Jacobo de Glymes, militi, Geldoniæ
 Domino, qui duxerat Mariam Geldoniæ heredem. Hinc ad gentem de Sombreffe, ex qua Godefridus miles
 vendidit hoc dominium anno 1381. Ioannæ de VVedergrate, Ottonis Domini de Contreœur Eygene, &c.
 filia, nuptæ Renaldo de Berges. Ab illa acquisivit an. 1398. Ioannes de Nassau, Renati Domini de Conroy, &c. filia, nuptijs
 clarus. Vendidit hic an. 1625. Petro Daems militi Domino de Dion le Mont, Louvrange, Hutbize, &c. qui
 ductâ Isabellâ de VVitte reliquit Sebastianum Equitem aurat. dictorum locorum, & Monjardin, Hencoulmont,
 Laval, Remaigne, VVestmore, Inchebrouch, ter Looven, &c. Dominum, Advocatum d'Awaille. Hic dece-
 dens sine liberis, præfatum Anthonium Gallo d'Elcalada, fororis suæ filium (in cujus gratiam hæc Dynastia
 anno 1658. 2. Maij in Baronatum erecta est) successorem & heredem habuit.

CAPVT X.

De Dominio & Pago Conroy le Grand.

Conroy le Grand ita dictum ab amplitudine Parochiæ, & ad distinctionem alterius pagi cui nomen *Conroy
 le Chasteau*; amborum meminit Gramatus his verbis. *Sunt etiam Conrodia sive Coreta duo, unum à Castro
 veteri, alium ab amplitudine nominis sortitur appellationem.*

*Illud Abbates Gemblaci, Villary, Floressia; Abbatissas Monasterij ad Sabim & Pastorem Velutrensensem Ecclesia pa-
 tronos habet; hæc Capitulum Apostolorum Principis Leodicensum.*

*Et ab eodem senatum accipit hæc, illa à Comitibus de Vianden & Nassavia stirpe ab annis 200. & amplius possidetur
 triplicem jurisdictionis via.*

Hinc subcensetur utrumque sartum novum & vetus, hoc Sombreffia, illud Walbainij Toparchiarum possessio fuit.

Philippus II. Hispaniarum & Indiarum Rex anno 1561. pignori dedit Dominium de Conroy le Grand pro
 mille septuaginta septem florenis.

Decima septima Julij anni 1630. Carolus Roly priorem oppignorationem auxit bis mille quingentis flo-
 renis, & denuo anno 1638. decima septima Aprilis mille centumque florenis.


Tandemque anno 1644. decima Januarij Michaël Roly Dominus fiduciarius de Conroy filiusque Caroli,
 emit præfatum Dominium à Philippo IV. Hispaniarum & Indiarum Rege decem millibus nongentis nona-
 ginta novem florenis, penes quem in hodiernum diem permansit, faxitque Deus fruatur diu.

Jura quæ capitulum S. Petri Leodij inibi habuit, transcriptis Carolo de Roly Domino de Conroy, jure pa-
 tronatus retento. Vifitur in Ecclesia sepulchrum eius cum epitaphio tali.

*Cy gist noble & generoux Seigneur Charles de Roly fils de Jean, Esuyer, Seigneur de Conroy qui trespassa le 12.
 Octob. 1661. & Dame Jenne de Croy sa Compagne qui trespassa le 29. Novemb. de l'an 1650. priez Dieu pour eux.
 His appollitis consanguineatum gentium insignibus. Roly, Porquin, Chevalier, Ruslique, uxorisque vero, Croy,
 Termonde, Halle, vander Borgb.*

Chauffre le Bois pars est Parochiæ Conroyanæ jurisque Toparchæ, à Principe acquisiti, ei singulæ domus in quibus construitur focus, quotannis prestare tenentur sextarium avenæ mensuræ Gemblacensis, gallinam & panem unum.

Scenographia Castellii Toparchæ de Conroy est subjuncta.



Castellum Conroy le grand.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1558. legitur.

Corcum magnum integra Ecclesiâ, & Altare B. Nicolai ibidem pridem annexatum cum cura. Rector est Dñs Claudius de Methis absens deservitur per D. Nicolaum Bocqueau cum onere trium Missarum in hebdomada absque Dominicis diebus, valet xx. modios siliginis; Bona consistunt in portione S. Petri Leodicensis & in terris arabilibus.

Altaris SS. Petri & Pauli ibidem, Rector est Dñs Henticus de Moulin, deservitur per D. Ioannem Glatenos sub onere unius Missæ in hebdomada valet septem modios siliginis.

Infra metas.

Altaris B. Mariæ Virginis in *Lubrica* Rector est Magister Lambertus Bolangier de Namurco, deservitur per D. Laurentium Fabri sub onere unius Missæ in hebdomada valet septem modios siliginis.

Adhuc infra metas.

Altaris B. Martini in *veteri sartu*, Rector est D. Henricus Rex deserviens personaliter, sub onere unius Missæ in hebdomada valet duos modios siliginis. Matricularius est conjugatus.

CAPVT XI.

De Dominio Neuf Sart.

NOVUM SARTUM de quo in Commentarijs Ioannis Blondeau legimus sequentia.

Neuf Sart est une Seigneurie particuliere gisante touz la Paroiche de Conroy le Grand: elle at appartenu avec toute la hauteur à Baulduin de Glymes, & Mabeau sa fille la porta vers l'an 1480. en mariage à Jacques Comte de Salm en Elface. Lc

Le Capitre de Nivelles y avoit aussy une Seigneurie avec pouvoir d'y constituer Mayeur Eschevins Greffier & Sergeant & divers cens Seigneuriaux laquelle il vendit l'an 1662. à Ferdinand Beeckman.

CAPVT XII.

De Dominio Vieu Sart.

PAutit ex Rescriptionibus Curatorum Concilij Gemblacensis, productis à nobis cap. x. hujus lib. constiteret infra metas Parochiæ Coreti magni vulgò *Conroy le Grand*, *Satum vetus*, quod describitur à Ioanne *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia his verbis.

La Seigneurie de *Vieu Sart* Paroiche de *Conroy le Grand*, à cy-devant appartenu à la famille de *Sombref* & l'heretiere d'icelle la porta en mariage avec plusieurs autres terres au Comte de *Warnebourg* comme nous avons dit ailleurs; dont les heretiers en vendirent la pluspart & entre autres celle cy vint à la maison de *Groesbeeke*, dont *Ernest* Seigneur del *Vaux Sainte Anne*, fils de feu *Zeger de Groesbeecke* & *Julius Witzleben* la vendirent l'an 1615. à *Estienne Hulet*. Cette terre comprend aussy la Seigneurie d'*Oignies* ain-sy dite pour avoir appartenu au monastere d'*Oignies*, le Seigneur à sur l'une & l'autre toute Jurisdiction, droit de mainmorte, congez & cens Seigneuriaux, & la collation de la Chapelle Castrale, en laquelle il y a un fond baptismal, la pourprinse de sa moison est exempte de dismes, & chaque Castrale, en laquelle il y a un fond poutille par an & y possede quantité de beaux heritages.

Ferdinand Beeckman jadis Bourgemaistre de la Cité de *Liege* en est apresent Seigneur qui d'*Anne de Fontigny* fille du Seigneur de *Schore*, at laissé une belle posterité.

Il at acquis la Seigneurie que le Chapitre de *Nivelles* avoit audit *Vieu Sart* consistente en chappons & quelques autres droits Seigneuriaux.

Extrait hors du Cheff Registre du Quartier Wallon-Brabant, resposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou sous la Capitulation de Vieu Sart & Saint Gery, folio xliij. recto se trouve ce que s'ensuit.

Maistre *Lambert Ouwerex* comme Cessionaire de *Julius Wytzeven* desoubz nommé, eodem die, par transport d'*Ernest* Baron de *Groesbeke* soubzscript.

Ernest Baron de *Groesbeke* Seigneur de *Steyn*, *Belvaux* &c. 27. Junij 1628. par le trespas de *Zeger de Groesbeke* son Pere soubzscript, la Seigneurie & biens desoubz nommé.

Maistre *Lambert Oubbeex* le 24. d'Aoust 1626. à titre d'achat fait contre *Guillaume Beeckman* soubzscript, & le transport y ensuivy par autorisation & suivant certaine sentence entre eulx rendue au Conseil de *Brabant*.

Maistre *Guillaume Beeckman* Docteur és Droicts xj. Augusti 1616. par transport de *Julius Wytzeven* soubzscript.

Julius Wytzeven Escuyer xj. Augusti 1616. par transport de *Dame Marie de Groesbeke* soubz-nommée.

Dame Marie de Groesbeke v. Decembris 1605. par le trespas de *Zeger de Groesbeke* son Pere soubzscript, tout & tel droit &c. luy competant en la Seigneurie soubz-nommée.

Zeger de Groesbeke xvij. Novembris xv. lxxij. par le trespas de feu *Zeger de Groesbeke* son Pere soubzscript.

Zeger de Groesbeke x. Martij xv. lxx. par le trespas de *Damoiselle Jozyne sa Mere* soubzscripte.

Damoiselle Jozyne de Tuylle xj. Novembris vx. lvi. par le trespas de feu *Jehan de Tuylle* son Pere soubzscript.

Jehan de Tuylle de Jepsine xix. May anno xv. lxx. par achat fait à *Coen Comte de Vernembourg* soubzscript.

Phillippe Comte de Vernembourg le xxvj. jour de May l'an xv. lxx. & xxv.

Coen Comte de Vernembourg le xx. jour de May l'an xv. lxx. & xxv.

Jehan Comte de Vernembourg le vij. jour de May l'an xv. lxx. & xix. par transport de *Messire Philippe* son Pere soubzscript.

Messire Philippe Comte de Vernembourg le premier jour de Fevrier l'an xv. lxx. par le trespas de feüe *Dame Marguerite de Sombref*.

Item laditte *Damoiselle Margriete* par le transport comme dessus, tient encor pour le second plain stief la terre, maison & tenure, gissant au lieu nommé *Viel Sart*, avec la Seigneurie, Mayeur, Eschevins & Sergeant, avec une Cense, a laquelle appartient

partiennent xvij. bonniers de terre, ung bonnier & demy que près que pasturaiges xxviiij. s³. de cens iij. den. ob. & cinq pic. pour chacun s^{olt}. lxx. chappons v. D. Avec lesdits cens & chappons, on souloit avoir huit muys d'avaïne mesure de Wavre: mais pour certains terres qui sont demourées en trys, on n'en rend à present que six muys d'avaïne mesure susdite. Et est laditte Seigneurie joindant d'un costé à Dyon le Mont, & d'autre costé à la Paroiche de Conroy la Ville. Item la Seigneurie de Saint Gery est jointe à laditte terre de le Houffiere par partaige, auquel lieu ledit Seigneur de Sombreffe a haute moyenne & basse justice. Mayeur, Eschevins & Sargeants, avec une Cens heritable de xxxvz. chappons, vz. muys d'avaïne mesure susdite liiij. den. les ix. den. pour ung viel gros & sur une maison à Corcellez, y appartient iij. griffons par an, desquels cens & rentes ledit Seigneur de Kerpe & de Recquem: à la moitie, apparant ce par le denombrement dudit Messire Gille de Sombreffe.

CAPVT XIII.

De Dominio & Pago S. Paul.

FANUM *S. Pauli*, inquit Gramaius, à cognomine apud Leodientensium Canoniorum Collegio & nomen & Pastorem, & jus in parte accipiens, cætera Walhainiorum, & ingenuorum de *Brandburg* ab antiquo peculium.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis, pro anno 1511. legitur. *Sanctus Paulus* quarta Capella. Rector est D. Joannes de Savenier, personaliter deserviens. Valet xx. modios speltæ, in decimis & terris.

Altaris Mariæ Magdalenaë ibidem, Rector est D. Wilhelmus de Lonon, valet iv. modios speltæ, sub anere unius Missæ in quindena.

CAPVT XIV.

De Dominio & Pago S. Lambert Liberfart.

Liberfartum, à Liberto heroe nomen habet, si vera scribit Gramaius; sed eius rei nullum alibi exemplum vidi aut vestigium.

Lege Leodicensi jus & iustitiam exercet, quod equidem miramur cum in Brabantia situm, jurisque sit Walhaini Comitum, cum summa media & infima jurisdictione. Ad quem quoque spectat curia, quam inibi aliquando tenuit Ioannes Namurensis.

Subsunt huic pago Domicelli aliquot subalterni & Toparchia *Del Houe*.

Tripartita antiquitas fuerunt hujus Parochia Decima, spectantque hodie ad Abbatissam Salzinensem pro triente, ad Parochum S. Lamberti & Liberfarti pro parte altera, & ad N.

Denique comperio in Veteri codice Emanuelem *Alafanq* Prætorum de Chaumont anno 1596. Toparcham S. Lamberti & Liberfarti.

Legiturque in Templo Waverensi ante sacellum Deiparæ :


Icy gist l'honorable personne Nicolas d'Emeville en son vivant Seigneur de S. Lambert & de Liberfart qui mourut le 1. Juillet 1667. & Damoiselle Jenne Pinchart son épouse qui trespassat le.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. legitur. *Sanctus Lambertus* prope Thourines les Ourdons, dimidia Ecclesia, Rector eius frater Petrus Monachus abfens, deservitur, per fratrem Petrum Hanotyn valet xxj. modios speltæ. Clericus est solutus.

CAPVT XV.



Lerna Urbs. Sin. consuetum.



CAPVT XV.

De Dominio & Pago Sart lez VValhain.

Sart lez Walhain à Vicino Walhaino nomen habet. Et quamvis Comites de Walhain hinc loci supremam possideant jurisdictionem, sicuti quoque habuerunt in plerisque vicinis pagis, nihilominus Abbas Villariensis & successores Joannis de Bomal minora tribunalia tenent, *des Cours Foncières.*

Jus gladij compertio venale fuisse expositum à Principe anno 1630.
Joannes Blondeau, in suis Commentarijs de Gallo-Brabantia tradit ista :

Le Seigneur de Sart Boumal audit Sart lez Walhain, y a toute sorte de Jurisdiction sauff la livrance des Malfaicteurs, Jugez à mort, par ses Eschevins, au bout de sa terre ou Seigneurie, au Roy ou au Seigneur de Walhain, il y a Mayeur, sept Eschevins, Sergeant, avecq plusieurs droicts Seigneuriaux, sçavoir tous teiz comme ont ceux qui ont semblable Jurisdiction.

Fama tenet, sed fama tantum, cui seniores loci hodieque inhaerent, Monasterium monialium olim fuisse in *Nerbain* seu *Noirba*, monstranturque Cœnobiticæ habitationis aliqua vestigia, licet obscurè videantur superesse, templique rudera, ex opposito Toparchiæ de *La Motte*; porò bellorum malis desertum destructumque Monialibus paulatim emortuis aut alio translatis, tandemque prædijs à vicinis occupatis, spes nulla restauracionis apparet. Cujus autem instituti fuerint hæcenus me latet.

Joannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, scribit Abbatiam Villariensem, de spolijs dicti Monasterij suam quoque partem cepisse, inibique non pauca ex schedis & monumentis ejus latere, inquirendum utique. Verùm, cum in Rescriptionibus Curatorum productis capite præcedenti, à ducentis ferè annis concinnatis, non habeatur nisi *Capella S. Mariæ Virginis in Nerbain*, diu admodum excisum remur dictum Monasterium, si unquam inibi extitit, nam certiora documenta non suppetunt.

CAPUT XLVI.

De Dominio & Pago Villeroux.

Villarsa antiquitus Leodiensium leges secutus. Plures agnovit Toparchas quibus eodem tempore dominata, à singulis pro parte, interque eos numerantur Balduinus Glimæus, Henricus de Villeroux, & Orbais Dominus.

In medio Cbori Ecclesiæ, visitur tumulus, cum incubante simulacro armati Equitis & hac epigraphæ:

Chy gist Enguerrans de Villeroux, & Dame Rigorde.

Cætera fugentibus litteris legi non possunt.

Gramais de hoc pago commemorans, *Présentante*, inquit, *Santraijnj Commendatore gaudet Pastore crucifere Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani.*

In foro plures numerans Domicellos; è quibus gentiles à loco nomen sortiti fuerunt adhuc anno 1518.

Orbaisus Toparcha, Salmenfis Comes aliique aliquot suas cum senatui curias solent habere.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ita fatetur:

Souz *Villeroux*, il y a la Cour de Nostre Dame de *Villers*. Item la Cour d'*Orbais*, celle de *Castillon* & celle de *St. Pierre*, appartenante à l'Abbaye de *Gemblours*. L'an 1630. le Roy exposa la hauteur en vente.

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblaccensis pro anno 1511. habetur.

Villeroux quarta Capella. Rector est frater Jobannes de *Donglebert*, valet xxvj. modios speltæ.

Altare *B. Nicolai* ibidem &c. sub onere unius *Mis*, in quindena valet duos cum dimidio modios speltæ.

CAPVT XLVII.

De Dominio & Castello Bierbais.

Birbacum, inquit Gramais, *Hevillerij appendix & cum eo Helechimensis Abbatia alumnus Evangelistam agnosces. Hoc quantum Codex Fendorum cognominis in Brabantia Baronatus meminit, semper penes Walbainij Toparchas fuit, veteri instructum arce, unde plerumque opinio fuit Bibractum Caesaris esse. Hæc de loco hoc Scriptor ille, quem equidem miramur, Bibracte opidum Hedoorum in Celtis, hoc in tractu invenire velle.*

Idemque Scriptor agens de Bierbeca in agro Lovaniensi, ita fatetur: *Beneficia Bierbecæ sunt Domina Gallicane Brabantia Bierbacum, Waysum, Longicampi, & alia alibi.*

Viguerunt olim gentiles cognomines de *Bierbais*, ex quibus recensentur in Trophæis Brabanticæ sub Ducibus Godefrido primo & secundo, pag. 116. Henricus Dominus de *Bierbais* cum fratre Guilielmo; quem Henricum eundem esse reor, cujus mentio fit ad annum 1217. in Codice tabularum Prioratus *Wavriæ*, his verbis:

verbis: *Henricus de Birbais vir nobilis & strenuus &c.* temporis enim ratio aliaque consentiunt, & persuadent.

Sub Duce Godofrido III. pag. 140. Henricus, Gerardus, Michael de *Birbais* fratres. Sub Henrico secundo pag. 250. Walterus Dominus de *Birbais*.

Monuerim hic, legi quidem in diplomate Henrici primi quo benefacit Monachis Villariensibus, vulgato ab Auberto Mirao in *Notia Ecclesiarum Belgij* cap. CLXXXII. *Willelmus de Birbais, Godofridus & Walterus frater eius.* Sed errore suspicor describentis aut ignavia typographi expressum *Birbais* cum esse debeat *Bierbek* uti habet Christophorus Burckens sub Henrico primo *Trophaeum* lib. 4. pag. 221.

Cæterum, seriem Dominorum de *Birbais*, *Hevilers & Zuffery* habet lector ex Codice Feudorum *Bierbek* Baronatus, à quo Dominium *Birbais* de quo agimus feudaltio jure dependet.

Exstract vanden denombremente vande Heerelijckheden van Birbais, Heviler, ende Zuffery mette successive Mannen die de selve Heerelijckheden hebben verheven, respectievelijck getrocken nyt het Leen-register van Bierbeeck, dependende vanden Leenbove van Aerschot, ten selven Register aengeteckent fol. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. ende 14.

Item Bauduyn van Glymes, es Man, ende heeft ontfangen sijne Slotte ende Huysse geheeten *Bierbay*, alsoo dat besloten ende gelegen es inde Prochie van *Heviler*, houdende ontrent een boinder luttel min oft meer regen. aen die Rivier loopende te Mont Saint Wybeert weert ter eenre syden, ende ter andere syden aenden wech aldaer, met eender Banmoelen, gelegen voor 't selve Huys daer die van *Vilser*, ende meer andere schuldich sijn te malen.

Item een vry camme gelegen indie plaetse geheeten *Rueckaert*.

Item ontrent viertich boinderen winneus lants inde voorsz. Prochie ende daer ontrent in veele velde gelegen met thien boinderen bempden inde selve Prochie gelegen, de welcke die van *Heviler* sijn schuldich te bevrede, te mayene, ende te tastene in't voorsz. Slot van *Birbays*.

Item een boinder, ende een half waters gelegen voor die poorte vanden voorsz. Slotte.

Item onderhalf boinder boegaerts aen 't selve Huys gelegen.

Item twee boinderen ende een half bossche geheeten *Muytsaert Haytté*, metten *Waranden* alsoo dat by den voorsz. Huysse gelegen es.

Item noch eenen boschte geheeten *Bykelines* houdende metter heyden, ende *Woestynen* ontrent hondert boinderen mette vryer *Waranden*.

Item hondert xxvij. capp. xvj. oude grooten vij d. goetgels, negentich tournoese, xxxvj. schell. borfgels, yalende te *Kermissse* inde Prochie van *Heviler*.

Item vier capp. twintich hinnen, vier ouden grooten vallende te *Kermissse* tot *Neusaert*,

Item xlix. capp. dry quartier xxxix. oude grooten en vij. d. Lov. dry tournoise. twee oude mntonen, vier d. borfgelts vallende te *Kermissse* te *Zuffery*.

Item noch inde selve Prochie van *Heviler* vallende te half *Mey*, te *Sint Iansmissse*, ende te *Bamisse* xv. lxij. tournoise ende xij. schell.

Item te *Zuffery* te *Sint Iansmissse*, ende te *Remegymissen* xxvij. oude grooten xvij. d. twee tournoise, een oude myte.

Item lxxxvij. plecken opden even chys, dats te weten op elck sifter haveren dry plecken.

Item in even chyle tot *Heviler*, *Zuffery* metten toehehoorten vallende te *Kermissse* xxxij. mudden onderhalf sifter even, der maten van *Waver*, mettet Heerelijckheyt te *Heviler*, *Zuffery* ende haeren toebehoorten met dry volle Leenen, ende viertich gespleten Leenen, diemen vanden voorsz. Bauduyn Glyms uytter voorsz. Heerelijckheyt houdende es.

Item dit voorsz. Leen heeft ontfangen Heer *Ian van Halen* Heer *van Lillo*, tot anderen tyden by Heeren *Loduwijck* tyde van *Harcourt*, soo sijn brieven daer af spreken, ende des gelijcx es hy Heer *Ian* voorsz. te handen ende te monde come met hulde, ende eedt van trouwen, des leste daeghs in Meerte anno 1446.

Item 17. daegen in Junio anno 1453. heeft *Jouff. Lysbette* van *Glymes*, dochter wijlen *Boudewyns* van *Glymes*, ontfangen by doode haers Vaeders dat voorsz. slot ende huys geheeten *Bierbays* metter Heerelijckheyt ende allen sijnen toebehoorten gelijck dat gelegen is inde Prochie van *Heviler*.

Op den 10. dach van Meerte anno 1447. heeft *Christian uyten Swanne* Heeren van *Sombeke* ontfangen by doode Heeren *Ian van Halen* *Ridders* Heer tot *Lillo*, van myn Heer van *Croy t'lant* ende Heerelijckheyt van *Heviler* met allen sijnen toebehoorten.

Op den selven dach Jaer ende Maent voorsz. heeft de selve *Christiaan* opgedragen de voorsz. Heerelijckheden tot behoef van *Guillaume Swanne* Heere van *Walffroue* ende *Embeke* &c.

Op den 8. Augusti 1477. heeft *Philips uyten swanne* naer doode *Guilliams uyten swanne* sijnen Vader verheven de voorsz. Heerelijckheden.

Op den 13. November 1495. heeft den Edelen Heere Heer *Ians van Berghen* Heere tot *Berghen opden Zoem* ontfangen de voorsz. Heerelijckheden naer doode van Heer *Ians van Berghen* sijn Vaders.

Op den 21. April 1521. heeft den voorsz. Heer *Ian vanden Berghen* opgedragen de voorsz. Heerelijckheden

heden tot behoeft van Heer Anthonis vanden Berghe Ridder de Heere van *Waltheyn*, ende van vrouwe *Jacquelyne* van *Croy* van *Porceam* fijne mede gefellinne.

Op den 12. Meert anno 1529. heeft Ionker *Ferry* van *Lannoy* Heere van *Frefnoy* ende *Iouff* *Catlyne* *Monefteyn* fijne Huyfvrouwe ontfangen de voorfz. Heerelijckheden.

Op den 12. Meert anno 1545. heeft de welgeboren ende mogende Vrouwe *Jacquelyne* de *Croy* weduwe wylen des mogende Heere Heer Anthonis vanden Berghe tot behoeft van Heer *Ians* vanden Berghe naer doode des voorfz. Anthonis vanden Berghe verheven de voorfz. Heerelijckheden.

Op den 7. November 1561. is rotte voorfz. Heerelijckheden uyt cracht van feker procuratie onderteekent by Meester *Peeter* *Middelborch* *Greffier* vanden *Leenhove* van *Brabant* gecomen Heer *Lowies* vanden *Berghen* *Grave* van *Waelhem*.

Op den 11. May anno 1563. heeft Heer *Ian* *Merckgrave* van *Berghen* op den *Zoem*, *Grave* van *Waltheym*, *Ridder* vande *Orde* vanden *Gulden* *Vlies* &c. verheven de voorfz. Heerelijckheden by doode vanden voorfz. Ionker *Lowies* vanden *Berghen*.

Op den voorfz. dach maent, ende laere, heeft de voorfz. Heerelijckheden oock verheven, den *Eerw.* Heere Heer *Robrechts* vanden *Berghen* *Bifcop* van *Luydick*, *Hertoge* van *Boillon*, *Grave* van *Loon* &c.

Op den felven dach maent laer als voor, heeft den voorfz. Heere *Robrecht* vanden *Berghen* *Bifcop* van *Luydick* getransporteert de voorfz. Heerelijckheden tot behoeft van Heer *Ian* *Merckgrave* van *Berghen* op den *Zoem*.

Op den 19. Augufti 1586. heeft Heer *Ian* van *Withem*, *Marquis* van *Berghen*, *Grave* van *Waltheym*, Heere van *Beerfel* &c. als *Man* ende *momboir* van vrouwe *Margarita* van *Merode* dochter *Ians* van *Merode* ende van vrouwe *Mencia* van *Bergen* *Sufter* wylen Heer *Ian* vanden *Berghhe* by doode des felfs *Ians* verheven de voorfz. Heerelijckheden.

Op den 2. Meert 1592. heeft *Iouff*. *Maria* *Mencia* van *VWithem*, outfte dochtere vanden voorfz. Heere *Ian* van *VWithem*, naer doode des felfs *Ians* ende vrouwe *Margrita* van *Merode* fijne Huyfvrouwe voor loo vele alft recht vermach oft in *Sufferlijcke* deylinge te *Leene* verheven de voorfz. Heerelijckheden.

Op den 23. October anno 1613. heeft *Iouff*. *Maria* *Elifabeth* *Marquife* van *Berghen* op den *Zoom* naer doode vrouwe *Maria* *Mencia* in haeren tyt *Marquife* van *Berghen* op den *Zoom* haere *Moeder* te *Leene* verheven de voorfz. Heerelijckheden.

Op den 13. December 1636. heeft vrouwe *Erneftine* de *VWithem* *Marquife* van *Berghen* naer doode vrouwe *Maria* *Elifabeth* de *Berghes* op den *Zoom* als naefte erfgenam des felfs *Elifabeth* te *Leene* verheven de voorfz. Heerelijckheden.

Op den 12. November 1657. heeft vrouwe *Beatrice* de *Cufance* *Gravinne* van *VValhem* &c. naer doode van vrouwe *Erneftine* de *VWithem* *Baronneffe* van *Bauvois*, te *Leene* verheven de voorfz. Heerelijckheden.

Op den felven dach maent ende laere voorfz. heeft de voorfz. vrouwe *Beatrice* de *Cufance* *Gravinne* van *VValhem* de voorfz. Heerelijckheden, ende goederen (uytgenomen den grooten bofch genoompt *Byke-lines* mene *VVaraaden* vanden felven *Bofch*) getransporteert ten behoeve van *Sr. Gabriel* *Le Euvre*.

Dele *Gecollationeert* tegens den voorfz. denombrement, ende *Manen* van *Leene* is mete felve accorde-rende. *Quod Ateftor*, *Francife*, van *Buggenhoudt* *Greffier* 1691.

C A P V T XLVIII.

De Dominio & Pago Hevillers.

Hevillers eiusque appendix *Bierbais*, loca femper accenfita Comitatu de *VValhain*, donec 12. Novemb. anni 1657. *Beatrix* de *Cufance*, *VVaveræ* & *VValhainij* *Domina*, *Caroli* *Lotharingæ* *Ducis*, uxor fecunda, tranfcriptit *Gabrieli* *le Euvre*, uti patuit capite præcedenti, cuius filius *Iacobus* *le Euvre* illa in præfentiarum poffidet.

In *Refcriptionibus* *Curatorum* ac *Confratrum* *Concilij* *Gemblacenfis* pro anno 1511. habetur.

Hevillier dimidia *Ecclefia*, *Reftor* eius eft *frater* *Adam* *Gerardi* *Canonicus* *Regularis* *monafterij* *Hellen-chinenfis* *Ord.* *Præmonftrat*: defervit personaliter fub onere demidæ *Ecclefie*, valor eius xxx. mod. *fpeltæ*.


Altare *SS. Crucis* & *Nicolai*, *Reftor* eius eft *D. Iohannes* *Kynon* deferviens personaliter fub onere unitus *Miffæ* in hebdomada valetque fex modios *fpeltæ*.

Denique, me legiffe memini in *ſchedis* *computuorum* *Comitatus* de *Walbian*, verba ifta.

Les terres & *Seigneuries* de *Bierbais*, *Hevillers*, *Villeroux*, & *Zufery*, ayans toute *Justice*, *haulte*, *moyenne* & *baffe*, *faculté* de pouvoir *confituer*, *Bailly*, *Mayeur*, & *Etchevins*, & *collation* d'une *Chapelle* *Caſtrale* audit *Bierbais*, droit de *congé*, *Chaffe*, *peſche*, *franche* *taverne*, *moulin* *bannal* avec les *edifices* & *prairies* en *dependantes* &c.

CAPUT XLIX.

CAPVT XLIX.



Castellum Valhain

De Dominio, Comitatu & Pago VValhain.

Walhaij descriptionem dabimus non nostris sed Gramaj verbis, prætermisissis superfluis quæ de etymologia nominis scripsit:

Castrum Valhaij vetus est, duplici cinctum fossa, à Marchione Berghensi magnifico opere ceptum reparari.

Ina loci genio munitum, ita fidei Deo Ducique datæ & debitæ tenaces habens incolas, ut exiguo adjuti præfidiariorum Namurcensium numero, his iniquis temporibus & Bruxellensium & alias rebellium manus evaserint, conatum eluserint.

Peculium fuit olim Illustris, si quæ apud Gallo-Brabantos fuit, familiæ: unde ferè semper observo aliquos Ducum lateri adhæsisse, & bellis tam Sacris quam profanis insignem navasse operam.

Primum ejus generis invenio Jacobum, ante annos fere quingentos amplissimam in hoc tractu hæreditatem ad filios transmittere. Quorum alter Corbaci, alter Bolerij, tertius & natu grandior & ejusdem cum patre nominis Valhaini Dynasta factus est, socero Ottone de Dommartin, Warfusæ Toparcha, dives plurium existit pater liberorum, Guilhelmi, & Arnoldi & aliorum. Alterutrius filius fuit Arnoldus Gener Guilhelmi Henricurtij. Cui hæres filia Joanni Lossensi Arnoldi Comitis ex fratre nepoti dynastæ Agimontio nupta dotale attulit Valhainium, relinquens cognominem marito filium avitæ patriæque hæreditatis possessorem, & ducta Baronis d'Aishove & Herines unica hærede ex stemmate Gaverorum nobilem. Hujus Joannis breve stemma subjungam, ut ex eo patet qualiter Valhainij Dominium in alias stirpes devenerit,

S f 2

Ioanni II.

Ioanni II. Lossensi Dynastia Agimontia hæredes fuerunt.

Isabella quæ Ioanni Rochefortio dotem attulit Agimontium, Aishoviam, Herines æqualiter in filios divisam.

Ioannem Rochefortij & Agimontij D. ex felicitate D. d'Oupey & Herstal patrem.

Ioannis qui gener fuit Hugonis D. d'Aleyn, Senescalli Luceburgensis.

Maria altera Ioannis filia Theodorico Toparchæ de Seraing elocata Walhainium obtinuit duarum mater filiarum.

Ioannæ quæ Gerardo Angliano D. d'Hayrez & de Bievène dotem attulit Serainium & Warfexam.

Mariæ, quæ Engelbertum Marcanum Lovervallæ Dominum maritum habuit. Et Valhainum cum & post maritum possedit.

Post mortem Engelberti Mercani Ioanna ex impari conjugè Ioannis Brabantiae Ducis neptis nupta Ioanni à Glymes inter alia Valhainium dotale attulit, si historijs & Heutero fides est.

Cæterum feudalis codex decreto oppidi Bruxellensis tradit Antonium de Glymes secundo-genitum Ioannæ id obtinuisse. Anno 1434.

Hoc constat ex eo tempore penes Glymæos & hæredes Bergarum ad Schaldim Dominos Walhainium perferasse, & ferè secundo-genitum peculium.

Nuper Comitatus titulo insignitum cum in Marchionatum Bergæ evehentur. Cui septemdecim vario titulo jam ante acquisiti pagi subiiciuntur.

Hoc pulchrum videtur, Dominos hos triplicis semper Justitiæ participes, regalis Abbatiae, Gemblacensis & Cenobij Lerinensis Advocatos à Ducibus electos.

Dominium hoc in stirpibus Comitum semper ferè in filiorum naturalium Brabantiae Ducis diversis stirpibus ter conquievit, à duobus possessum Episcopis, à pluribus Marchionibus, tandem in amplum & divitem desisse Comitatum.

Quoad rem sacram ea tota à patrono Comite dependet, ut pote ejus fundata ad ætaque beneficio.

Est præter Parochialem Castrale & re, & nomine sacellum titulo sancti Sepulchri, Credo ob memoriam, Sacrae expeditionis à Dominis susceptæ.

Sunt & alia sacella septem. Ex quibus est ad orientem vetus titulo & miraculis Deiparæ ante annos 100. frequentatum, sacro sub Virginis ruella ornatum sodalitio, in quod prope proculque dissiui sua solent dare nomina; quod licet ad stuporem omnium nuperos Iconoclastarum evaserit furores vetustate tamen vitio casui vicinum, nuper ex liqueo in lapideum opera G. Mielux Decani Gemblacensis & piorum elcémofyna transformatum est.

Ex altera pagi parte ad sylvam quæ verum à Cuniculis nomen induit, ad honorem & exemplum Otdromi Baptistæ sacellum est, & Heremita unus, cui hebdomadariam stipem ab antiquo largiuntur vicini Walhainienses.

Hactenus Gramaius; Porro ne quid à nobis desideretur, dabimus quoque ea quæ de *Walhainio* leguntur in Prælio *Woringano*, quod Latino & heroico carmine expressit V. N. Franciscus Dongelbergius anno 1640. teste Val. Andrea in Bibliotheca Belgica.

Terra dicta Walhain sita in Gallica Brabantia, potentes olim habuit Dominos, qui inter Brabantica vexilla seu Barones annumerati fuerunt, ut belli hujus Woringani descriptio ostendit, in Diplomate Othonis I. Imperatoris, quo anno 922. Monasterij Gemblacensis possessiones confirmat, traditas à S. Wiberto, enumerat inter alia loca, in Comitatu Darnuensi, medietatem villæ Curtily dictæ, ac medietatem villæ Walhain dictæ. Advocatia prædicti Monasterij, ab eodem Imperatore collata fuit Lamberto Comiti Lovaniensi anno 948. conditio adjecta, quod nunquam præter unum sub-advocatum possit habere, pertinet autem hæc sub-advocatia, ad Dominum de Walhain, quod postmodum Comitatus titulo fuit insignitum, per Carolum V. Imperatorem, Ducem Lotharingæ, Brabantiae, &c. annexis eidem, ad condignam fastuoso nomine amplitudinem, Dominijs de Glymes, Opprebays, Wavere, &c. Sed hujus postea obtenta fuit separatio. His breviter prænarratis, antiquitatis latebras, quæ licet, discutiamus: primus autem quem in illis detego, est Arnoldus Dominus de Walhein, qui vixit anno 1199. Reliquit Iacobum, Dominum insuper de Bouleir, aut Bonlez, & tertium Dominum de Corbays, ex secundo prodiere Ægidius, Orolius, & Iacobus milites, qui plurimarum familiarum auctores fuerunt, in Gallica Brabantia, quas diversa nomina & insignia distinxerunt, ut Rupemont, Bommale, Bouleir, Bossuyt &c. Primus autem Iacobus, ex filia Domini Othonis de Dommartin reliquit Arnoldum Dominum de Walhein, celebrem in Prælio Woringano anno 1288. Cum filio suo Godefrido, qui gravi hoc militiæ rudimento conquassatus, in reditu obiit. Godefridi hujus fratres fuerunt Otho & Wilhelmus, Arnoldus item miles, Dominus de Walhein & Agimont, qui ex filia Wilhelmi de Hemericourt, reliquit filiam hæredem, nuptam Ioanni de Loz, de quo alibi ita inveni annotatum: Dominus Ioannes de Agymont, frater Comitum Lossensis, obiit in Italia, comitatus Henricum Lutzenburgum. Imperatorem anno 1310.

Henricus de Walhein miles, Dominus de Viller-Perwyn & de Vaulx anno 1339. cujus ex prænominatis fit filius aut nepos non reperit: reliquit ex Domina Catharina de Wynegem, filia Domini Ioannis militis, sua uxore, Aleydem uxorem Domini Rafonis de Montenaken, Heylwigem de Walhein, primis nuptijs uxorem Waltheri Leonis, à quo Ioannes Leo miles: secundis autem nuptijs, uxorem Wilhelmi de Chastre militis, à quo Theodoricus & Wilhelmus de Chastre, Elizabeth de Walhein, Canonicam in Mabeuge, Lancelotum denique & Henricum de Walhain, milites, vixere simul omnes anno 1359. Qui Lancelotus, postea fuit nominatus Ioannes, dictus Lancelor de Walhein, reliquit Henricum militem, à quo prodijt Ioannes de VWalhein, maritus Domicellæ Carharinæ Hinckart: vixere anno 1469. Visuntur utriusque insignia, in vitrea, quam dederunt in choro Ecclesiæ de Huldemberge. *hæc ibi.*

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. legitur,

Walhain dimidia Ecclesia &c. valet xvij. mod. speltæ. sub onere dimidiæ Ecclesiæ.

Altare S. Georgij ibidem &c. sub onere duarum Missarum. valet xij. mod. speltæ.

Altare Mariæ Magdalenæ ibidem &c. sub onere unius Miss. hebdomadatim. valet vj. mod. speltæ.

Altare S. Nicolai ibidem &c. valet iv. mod. speltæ sub onere unius Miss. in hebdomada.


Rescriptiones Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. de *Sart lez Walhain* per ignaviam typographi prætermisæ, quando de loco illo egimus, hic exhibentur.

Sartum juxta Walhain quarta Capella &c. valet xxj. mod. speltæ.

Altare SS. Mariæ & Nicolai ibidem &c. valet v. mod. bladi sub onere unius Miss. in quindena.

Cæterum, Auberus Miræus in Chronico Belgico scribens ad annum 1533. Carolus V. Imp. (ait) Genuæ, quò 28. Martij pervenerat, solvens, in Hispaniam navigat, ad uxorem visendam. Idem Genuæ existens *Philippum Croym* ex Marchione primum Arschoti Ducem & Rentiaci Marchionem creavit; tabulis ibidem mense Aprilis conscriptis: Barcinonem cum appulisset, *Antonium Bergium*, eodem mense Aprilis Comitem de Walhain à se Genuæ creatum, subsequente mense Maio renuntiavit Marchionem Bergizomensem. *alij* 1532.

Præclaram hanc Dynastiam in præsentiarum possidet Carolus Princeps Vaudemontanus cui Reip. bono longævam præcamur vitam.



LIBER IV.

Continet Præfecturam Hulpensem, vulgò TER-HULPEN.

CAPUT I.

De Dominio & Municipio Ter-Hulpen.



Ylva sonia, Brabantia maxima, præaltis densisque fagis aliisque arboribus umbrosa & amœna. Idcirco in ea, tot præclara condita monasteria, à Brabantia Ducibus in dilectis habitata, inter quæ eminent, *Viridis-Vallis*, *Septem-Fontes*, & *Rubra-Vallis*, de quibus in tempore memorabitur.

Ad Orientalem hujus saltus plagam, tribusque Brabantinis à Bruxella milliariis, situm municipium *Ter-Hulpen*, cujus Parochiale templum antiquitatem loquitur.

Dominium loci attinet ad patrimonium Principis, Decima vero, ex ejus dono, ad Ecclesiam D. Gudulæ Bruxelleris, & Monasterium Affligemense, Ordinis S. Benedicti. Videatur Miræus in Not. Eccl. cap. 6. xc. viii. Vicus in Geographicis tabulis dictus *Gallebart*, appendix Hulpensis Parochiæ.

Meminit hujus loci in Descriptione Belgij Ludovicus Guicciardinus, his verbis: *Hulpen è vicina una lega à Overische, è tre è mezzo di Brusilles: ha una bellissima Chiesa Collegiale*. Porro seniores loci docuerunt nos, à majoribus suis nunquam de Collegiata Ecclesia quicquam audivisse.

Grammaus autem, hæc prodit: *Hulpenum & ampla jurisdictionis & prima fama hic loci municipium, ab Henrico Duce, nisi fallor, oppidi jure donatum, certè ante annos ter-centum inter oppida solitum ad Comitiam vocari, & chartis subscribere. Forum habet singulis Martis diebus.*

Sunt in hoc tractu plures mola, ubi ex panis, ad nihil utilibus charta conficitur.

Nec reticendum vulgatum Chronicis, hic olim natam & ecurritam *Iohannam Hulpensem*, quam nulla ætatis suæ, pulchritudine corporis vicit, quamque Ioannes tertius Brabantia Dux deperibat. Meminit prolium eius, Christophorus Buckens lib. iv. *Trophæorum Brabantia*, pag. 448. 449. & 450. his verbis: *Arnou Bastard de Brabant dict Vander Hulpen (né d'une fille de ce furnom) la sceur la Duchesse Ienne luy donna le moulin nommè Ferib-Molen &c. citatque ad marginem Specht-boeck fol. 189.*

Henry Bastard de Brabant dict ausly *Vander Hulpen* frere du precedent d'un ventre, est mentionné audiçt registre, entre les hommes feudals de la Duchesse Ienne. citatque ad marginem *Specht-boeck* fol. 212. verso.

Margarete Bastarde de Brabant surnommée *Vander Hulpen* (pour estre née d'une fille de ce surnom) fut premierement mariée à Bernard *Vander Spout Sire d'Overische*, de qui elle laissa Bernard & Engelbert *Vander Spout* & autres enfans, desquels est descendu une anaple & belle posterité, & en second liçt ceste Dame fut espousée de *Wauthier de Melin*, de qui elle estoit veuve en l'an m. ccc. xciv. Le Ducq son Pere luy donna six mille florins, comme les lettres susdictes de l'Empereur Charles IV. contiennent.

CAPUT II.

De Dominio & Municipio Brania Allodialis.

B*rania Allodialis*, Præfecturæ Hulpensis municipium maximum, atque Dominium vetus, semperque clari nominis habuit dynastas, possediturque iamdudum à Principe Lotharingo. Parochiæ ambitus facile sex horarum est. Ecclesiæ, inque ea altaris S. Nicolai, Collator Capitulum Cameracense, ac pro majori parte decimator, porro jus suum à *Brania* Domino relevare tenetur, ad quem quoque spectat decimarum pars non exigua, uti etiam collatio Altarium Divæ Virginis, & S. Stephani. Decimant præterea *Braniensem* agrum, loci Parochus, Capellani Altarium B. Mariæ & S. Stephani, Hospitale, Monasterium monialium de *Terico*, & Abbatia Camerensis. Ast decimæ, quas Capitulum Cameracense *Brania* possidet, non uno tempore, eodemve autore acquisivit, videlicet ab Henrico Lotharingia Duce, anno m. c. xcviij. à Thimero de *Rogenies* anno m. cc. xx. & à quodam alio, uti constat ex diplomate erectionis Capellaniæ *Castrensis*. Facta anno m. ccc. xcv. quæ fundata est super decimam Cameracensem, Horum fidem facient, diploma

mata quæ subjungimus: magno labore & industria, ex monumentis Ecclesiæ Metropolitanæ Cameracensis, accepta. Quoniam non facile in Clericorum & Monachorum monumenta patet prospectus.

Ioannes Baptista Gramaye hujus loci meminit, his verbis. *Bravia Allodiatis, ad fauces sylva Sognesiensis, fertili agro constituta, Ecclesiæ Cameracensis clientela in sacris, in foro Wittemiorum (indolyta ex naturali Ducum senive originem, & speciosa ultra Mosam castro nomen refert familia) Toparchia, jam inde ab Henrici Wittemij tempore, qui id à Principe obtinuit supremæ jurisdictionis titulo honoratum & pluribus auctum Privilegijs an. 1482.*

Inter prima Brabantia Gallicantis loca referri solita, oppidi jure donata à Ioanne Duce, nundinas suas habens singulis septimanis incidentes in diem Martis &c.

Potèrò, quæ tradiderunt Guicciardinus, Gramaius, aliique secuti Brabantinorum & Hannonum Annales, derivantes à Brenno Gallorum Regulo, Etymologiam *Bravia*, ea ingeniosè magis opinor proferri, à novorum interpretamentorum avidis, quam ex vero. Intra enim hæc est, & regia via, in primis conditoribus indagandis, de regionis urbibus præfata voce, cognominem aliquem invenire, qui dicatur loco nomen indidisse.

H. Dei gratia Dux Lotharing, tam præsentibus quam futuris in perpetuum noverit Universitas vestra: quod cum essemus in prociudæ peregrinationis nostræ; post omnes quæstiones, inter nos, & Ecclesiam Cameracensem, super altaribus de *Brana-Allodio*, & *Isca*, diutius habitas, & tandem nostræ voluntati relictas, per interventum Dñi Remensis, & virorum Religiosorum Clavevalensis & Ignaçensis Abbatum, & hominum nostrorum, Altare Ecclesiæ de *Brana*, quæ sita est in allodio nostro, & quidquid in illo juris habebamus, Ecclesiæ Beatæ Mariæ Cameracensis, titulo eleëmofynæ ob remissionem peccatorum nostrorum, & uxoris nostræ Matildis, & prædecessorum nostrorum liberaliter contulimus. Hoc tamen tenore quod singulis annis Ecclesia Cameracensis, Ecclesiæ Remensis solvet, centum solidos sterlingorum, in de positione Beati Martini, ob anniversarium Alberti fratris nostri, piæ memoriæ, Leodiensis Episcopi, & prædecessorum nostrorum, & nostrum. Ad hæc Decanus præfate Ecclesiæ, tenetur nobis, & successoribus nostris, hominum præfate, in recognitione Allodij nostri, & eleëmofynæ, à nobis sibi collatæ: præterea in dote Ecclesiæ illius, ad proprios usus nostros quinque bonaria terræ, de concessione Ecclesiæ Cameracensis, & placuerit nobis, retinebimus; ita quod eadem nullo titulo, nec nos, nec successores nostri, alicui nisi Ecclesiæ jam dictæ, conferre poterimus. Ecclesia etiam sæpè dicta, quidquid juris habebat, in Altari de *Isca*, liberè reliquavit, & nostræ reliquit voluntati. Dñs insuper Archiepiscopus, & Ecclesia Cameracensis Dñm Episcopum Cameracensem, ab injusta impetitione dictarum Ecclesiarum, de cetero compescent. Ut autem hujus eleëmofynæ largitio, rata perseveret, sigilli nostri impressione, & testium subscriptione confirmavimus. &c. Actum Remis anno verbi incarnati millesimo centesimo nonagesimo septimo, mense Junio.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis M. Præpositus. A. Decanus, & quod cum eis est Beatæ Mariæ Cameracensis Capitulum. Omnibus præsentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod nobilis mulier *Heloidis* Bruxellensis dicta Castellana, de consensu nostro acquisivit quandam decimam, quam *Wicardus* laicus de *Merebrania* tenebat in Parochia nostra de *Bravia*, ad opus Capellanæ suæ, quæ instituta est, in Ecclesia Beati Stephani, de eadem *Bravia*, pro anima Franconis filij sui ibidem sepulsi. Ita tamen quod prædicta Castellana, & eius successores, Capellanum dictæ Capellanæ eligent, & eundem Capitulo nostro investientium præsentabunt. Capitulum verò si idonea fuerit persona, investituram illius beneficij referet præsentatæ. Quod si forte idoneam personam non præsentaverit, Capitulo ipsam poterit refutare, præsentator verò alium idoneum præsentabit Capitulo modo supradicto investientium. Capellanus autem jurabit fidelitatem Ecclesiæ, nec non presbytero Parochiali, cui etiam subsidium præstabit, in horis cum eo dicendis, tam nocturnis quam diurnis. Dicitur verò Capellanus nihil percipiet in oblationibus, vel alijs Parochiæ proventibus, nisi de consensu Capituli, & presbyteri memorati, sed Capellanæ suæ contentus stipendijs permanebit. Quod si forte Capellanus institutus, infidelis esset Ecclesiæ, vel indolens, vel deterius vivendo, contra se scandalum, sive labem infamæ generaret, benigna admonitione præmissa, Capitulum posset ei Canonice indicare purgationem, in qua si deficeret purgatione, omni lite ac appellatione cessante, Capitulum supradictum, amoveret eundem. Præsentator verò aliam idoneam personam, iurè supramemorato Capitulo præsentabit, cui præsentatæ Capitulum sicut priori conferret investituram. Ut autem ista rata, & inconyulsa permaneat, & nullis oblivionis lapsibus valeant infirmari, sigilli nostri & sigilli *Leonij* Bruxellensis Castellani, & sigilli *Hiluidis* eiusdem Leonij generatricis appentione dignum duximus roborari. Actum Cameraci in Capitulo, anno Dominicæ Incarnationis, millesimo ducentesimo decimo sexto, mense Novembri.

Ego Leonius Castellanus Bruxellensis, notum facio, præsentibus & futuris, quod Thimerus de Rogenies, (alibi legitur *Rogenier*) homo meus, totam decimam quam tenebat, in tota Parochia de *Brana-Allodio*, sicut in terris extirpatis, & extirpandis, cultis & incultis, partinebat ad ipsum, & impotrum tam ad eum, quam ad hæredes suos poterat pertinere: quam de me tenebat in feudum, de assensu meo, sub testimonio hominum meorum, Partium ipsius, vendidit bene & legitime, Ecclesiæ Beatæ Mariæ Cameracensis, & ad opus civitatis Ecclesiæ, in manu sua sicut debuit reportavit. &c. Actum anni Dñi m.c.c. xix. xi. Aprilis.

Soror Oda dicta Abbatisa de Camera B. M. totiusque eiusdem Conventus, omnibus præsens scriptum inspecturis salutem in Dño. Paginæ præsentis indicio noverit universitas; Cum Franco laicus de *Strata*, decimam quandam, infra terminos Parochiæ de *Brana*, quæ sita. Est apud *Stratam*, & valet annuatim duodecim modios

modios ad mensuram de Brana, vel paulò plus, nobis in eleëmofynam contulisset: & hoc etiam Cameracensis Ecclesia indignè ferret, & quod sine ipsius consensu receperamus eandem, cum sita esset, ut dictum est, infra limites Parochiæ suæ de Brana. Tandem obtentu Religionis, & paupertatis nostræ; per interventum nobilium virorum Dñi Henrici Ducis Lotharingiæ & Leonij Castellani de Bruxella, ita super hoc obtinimus eiusdem Ecclesiæ gratiam & consensum, quod eidem promisimus, & promittimus testimonio hujus scripti, nos nequaquam ulterius, decimas infra Parochiarum suarum terminos constitutas, absque eius licentia ingressuros, ipsa verò Ecclesia dictam decimam suo nobis confirmavit consensu, & nos eidem in pensionem eiusdem decimæ duodecim denarios Bruxellensis monetæ, reddere annuatim tenemur in Festo Sancti Lucae solvendo. In memoriam igitur plenamque notitiam pia missorum, Sigilli nostri caractere, fecimus præsens scriptum muniri. Actum anno Domini millesimo ducentesimo septimo decimo, mense Februario.

Aub. Michans in Not. Eccl. cap. cc. iiii. exhibet diploma *Leonij Castellani Brux.* inque eo legitur *Franco miles de Brania, dictus de Strata, anno 1237.*


Ego Henricus Dei gratia Dux Lotharingiæ. Notum facio præsentibus & futuris. Quod Thimerus de *Rogenies*, homo meus, totam decimam quam tenebat, in tota Parochia de Brana Allodio, sicut in terris extruendis, vel extruendis, cultis vel incultis pertinebat ad ipsum, vel in posterum tam ad eum quam ad hæredes suos poterat pertinere, quam de nobis tenebat in feudum. De assensu meo, sub testimonio hominum meorum, parium ipsius, vendidit bene & legitime, Ecclesiæ Beatæ Mariæ Cameracensis, & ad opus eiusdem Ecclesiæ, in manu mea sicut debuit reportavit, & eam mihi coram paribus suis, libere & integre resignavit; & requisitus spontaneè confessus fuisset quod nullum de cetero jus habebat in ea. Homines mei Pares eiusdem, à me sicut decuit adjurati, concorditer iudicaverunt, quod nec ipse nec hæres eius, ulterius jus habebant in ea, & dicta Cameracensis Ecclesia bene & legitime poterat ad eandem admitti. Ego autem post præteritum hominum meorum iudicium, in manu viri magistri VValteri Archidiaconi Antwerpensis, qui ibidem loco Cameracensis Episcopi, quantum ad hoc substitutus erat ab ipso, dictam decimam integram, & ab omni servitio vel justitia seculari liberam reportavi, qui eam reddidit prætate Ecclesiæ, libere, integre, & tranquille, jure perpetuo possidendam. Ad majorem igitur firmitatem, & perpetuam memoriam præmissorum, præsentem paginam meo feci sigillo confirmari, & hominum meorum, & aliorum qui præsentibus fuerunt nomina subnotari. Actum apud Bruxellam anno Domini m. cc. xx. mense Octobri.

Ereclio Cappellaniæ Castellensis fundata à Jacobo de Angia Brania Domino an. 1395.

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Labilis est hominum memoria, unde ea quæ sunt in tempore scripturæ ministerio indigent commendari. Igitur Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris innotescat, quod nos Jacobus de *Angia* miles terrarum & Dominatum de *Fagnies* (*Faigneules*) de *Wierge* (*Forfan Hierge*) de *Villari*, ac de *Brania-Allodij* Dñs temporalis, inspiratus ob remedium & salutem animarum nostrarum, parentumque prædecessorum nostrorum, necnon divini cultus augmentationem, in honorem Dei omnipotentis, ac Gloriosissimæ Virginis Mariæ genitricis suæ, Capellaniam perpetuam Castralem, ad Missam quotidianam infra mansionem nostram seu Castellulum dictæ Braniæ-Allodij, fundavimus, institutum, dotavimusque, & dotamus ad valorem triginta modiorum bladij mensuræ loci, in partibus & particulis quæ sequuntur: videlicet in duodecim modiis siliginis & totidem modiis avenæ, ex decimis Venerabilis Capituli Ecclesiæ Cameracensis, ibidem perpetuo levandis, ac liberè recipiendis. Item in decem & septem bonarijs terræ arabilis, parum plus aut minus, emptis & acquisitis erga Joannem VVich, prout se extendunt in tribus partibus, à Brania suprascripta usque in nostram sylvam. Item & in alijs septem bonarijs terræ largæ, emptis & comparatis erga Joannem *Cotrial*, quondam filium Guillelmi *Cotrial*, & suos complices proximos, ad hoc consensum debite ac liberè præbentes, situatis inter nostras terras ab utraque parte. Quæ quidem bona universa prædicta, pro hujusmodi Capellaniam perpetuæ dotatione & fundatione, per Nos data & assignata, pro nobis nostrisque hæredibus & successoribus, ad usum perpetuum ipsius Capellaniam, possessorumque eiusdem, in quantum in nobis est, irrevocabiliter deputamus & donamus per præsentem, eiusdem bonis, ad opus prædictum perpetuè renuntiando, nihil juris, partis, proprietatis successoribus in ipsdem quomodolibet retinendo, conditione tali mediante, quod Nobis ac Dominæ nostræ conthorali, quamdiu vixerimus, aut ultimus nostrum vitam dumtaxat duxerit in humanis, liceat dictæ Capellaniam quoad locum per nos & nostrum quemlibet assignandum in divinis facere deserviri, prout id nostræ placuerit voluntati: quodque post obitum nostrum, & dictæ nostræ Conthoralis, quivis possessorum hujusmodi Capellaniam perpetuæ, in præsentia nostrorum successorum Dominorum de Brania suprascripta, intra Castellulum ibidem, si autem in absentia eorumdem, in altari superiori Ecclesiæ Parochialis de Brania prædicta & alibi de mane (salvo tamen jure curati) hujusmodi quotidianæ Missæ teneatur in perpetuo in divinis deservire, Canonico semper impedimento cessante, Supplices nihilominus humiliter Inclutissimæ ac Generosissimæ Dominæ nostræ, Dominæ Joannæ Dei gratia Luxemburgiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ ac Limburgiæ Ducissæ, ut de benigna gratia sua tanquam Domina Superior, à qua dicta bona dependent, jure feudali, antedictam nostram fundationem dotationemque, & bonorum hujusmodi assignationem & deputationem per Nos, ut præfertur factas consentire, confirmare ac amortizare dignaretur, necnon sigilli sui appensione comprobare. In quorum omnium præmissorum veritatis testimonium certitudinemque & evidentiam ampliores, Sigillum nostrum præsentibus litteris duximus ex certa nostra scientia apponendum. Actum & datum in Brania, die octava mensis May, anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto. Sigillatæ erant hæc litteræ sigillo quodam

ex cera tubra pendente in duplici cauda de pergamento, inferius erat, Collatione prævia cum suo originali scripto in pergamento & sigillato ut supra concordare inventa est hæc copia, per me notarium admiffum residentem Bruxellis, quod attestor. Signatum B. Tavernæ Notarius publicus.

Secuta est amortizatio à prædicta Ioanna Brabantia Duce, die decima mensis Maij anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto.



Castellum Brania-Alloëdialis

Cæterum, quisnam condiderit Braniense Castellum, quove sæculo, hæcenus ignoramus.

Subsunt Brania vici aliquot quorum præcipuus *Waterlo*, ad fauces sylvæ *Sonia* situs, notatus in tabulis geographicis Florentij *van Langren* aliorumque. Quo in vico, monasterium *Forestum* nobilium Virginum Benedictinarum juxta *Bruxellam*, insignem villam & Dominicales census jam-ollum possidet, ex dono *Nicolai de Hoekerche*, quam donationem, ratam habuit *Godefridus Dux & Marchio Lotharingia*, anno *M.C.XLV*. Indictione *viii*. his verbis. *Terram quoque Nicolai de Hoekerche, curti de Waterlos adjacentem, partim in filia sua susceptione, partim pecunia largitione à fratribus conquistam, liberaliter Ecclesia contuli.* Ita *Butkens* in *Prob.* fol. 39. *Miræus* autem in *Nor. Eccl.* cap. *CLXIX*. habet *filia mee*.

Itis adjungemus seriem Dynastarum Brania-Alloëdialis desumptam ex primario Codice Feudorum Gallo-Brabantia.

Extrait hors du Chef Registre du Quartier Wallon-Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve sous la Capitulation de Brayne l'Alleud Hugelencourt folio lxxix. recto & verso ce que s'ensuit.

Dame *Beatrice* du *Cusance* Duchesse de *Lorraine* 23. Junij 1643. par don de sa Dame Mere soubscripte.

Dame *Ernestine* de *Witthem* 24. Martij 1633. par le trespas de Dame *Marie Elisabeth* soubscripte.

Damoiselle *Marie Elisabeth* Marquise de *Berghes* sur le *Zoom* Comtesse de *Berch* & de *Walhain* Baronnesse de *Perwes* &c. xxx. de Decembre 1613. par le trespas de feüe Dame *Marie Mencie* de *Witthem* sa Mere soubscripte.

Damoiselle *Marie Mencie* de *Witthem* feudataire mortuaire cum suis xvj. Novembris 1591. par le trespas de feu Messire *Iehan* de *Witthem* leur Pere soubscripte.

Iehan de Wittham iij. Decembris xv.^e lvij. par le trespas de feu Maximilian de Wittham son Pere soubscript.

Maximilian de Wittham Seigneur de Beerffel xix. Septembris xv.^e liiij. par le trespas de feu Messire Henry de Wittham Chevalier son Pere soubscript.

Henry de Wittham Seigneur de Beerffel le xvj. jour de Juing l'an xv.^e xxiiij. le trespas de feu Philippe de Wittham son Pere.

Philippe de Wittham le ij. jour de Septembre l'an xiiij.^e iiij.^{xx} xj. par le transport de Messire Henry de Wittham Chlr. son Pere.

Iehan Hinckaert, pour & au nom de Iehan & Henry de Wittham freres le xiiij. jour de Mars l'an xiiij.^e lv. par le trespas de feu Henry de Wittham leur Pere.

Henry de Wittham filz de Messire Henry de Wittham.

Messire Jaques Seigneur de Faignoeles son filz.

Dame Iehanne Dame de Faignoeles.

Messire Colart de *Fyler*, Tient la *Ville & Franchise* de Braine l'Alleud avec la forteresse Chasteau & basse-court Illecc, la haulte Justice moyenne & basse tant en la Franchise comme aussi en la foraineté les maletotes de vin, des cervoisés, boulangiers, bouchiers, & tous autres drois en laditte Franchise a lencontre de la Ville, Bailly Mayeur Eschevins Sargeant, messy, rouriers, congies, lots, amendes, Rentiers Jurez de la Ville & Franchise. Cens, rentes, & toutes fouritures & autres drois Seigneuriaux avecq aussi la Seigneurie de laditte foraineté dudit Brayne, Bailly Mayeur Eschevins Sargeans & tous officiers, loix, amendes, congies, cens & rentes Seigneuriaux avecque aussi bois, eauwes, moulins à ban, si comme les moulins de Wisskein, Bayart & Manchinpont avecque les drois de deux Chevaux allant & passant sur le bois de Soingne, avecque pareillement drois de copper & tailler morte & secque laine sur ledit bois, pour l'ardoir du mousnier de Manchinpont & de copper chaines sur ledit bois, au plus pres, & au moins de dommaige pour refectioinner les pont ventelles & moulins dudit Manchinpont, avecq aussi le x. part des feurs del preye fents & ois en grains muleaux, aussi avant quelle se comprend & estendit. Pareillement les drois de guerie & pesserie sur les rivieres en toute la Paroiche dudit Braine avecque aussi les Waranches des conins, & rours autres bestes sauvages passant & repassant en la Ville & Paroiche dudit Brayne avecques aussi le cauchie, tonniers & drois de barnas & bestes passant sur le chemin en laditte Paroiche avecque le droit de mestre & desmeestre mambours de l'Eglise de Chanté & hospitalux pour recevoir & lever rentes revenues & autres biens appartenans ausdits mambours & pour en faire rendre bon compte & reliqua au prouffit desditz mambours à la correction du Seigneur de Brayne ou de ses Officiers avecque le droit d'un car de corouwet a quatre chevaux & deux valetz que la maison & cense de Cambray appellé a Merbrayne sont tenu de livrer a leur despens au Seigneur de Brayne, en son service toutes & quantesfois que ledit Seigneur est semons de son Prince le Duc de Brabant pour aller en guere en quelque voyage que ce soit. Item de laditte Terre & Seigneurie de Brayne & des appartenances d'icelle sont dependans plusieurs plains siefz & amples siefz qui se relevent & sont hommaige au Seigneur de Brayne. Et semblablement en laditte Seigneurie & Paroiche de Brayne sont & gisent plusieurs parties d'eritages tenu en alloux dudit Seigneur de Brayne. De laquelle Seigneurie tenue en siefz du Duc de Brabant comme desludit, est tenu en sief & comprins le Villaige d'Ochikerque dont les siefz & arrie siefz se doibvent rapporter à laditte Seigneurie de Brayne. Et aussi pour prendre leur chief par les Mayeur & Eschevins d'Ochikerque. Et semblablement d'iceluy d'Otrengnies quant l'est besoing, cela doibt on faire immediat a ceulx dudit Brayne. Item avecq ce aussi la haulte, Justice moyenne & basse à Ohain, & au lieu de Nouchelle, les Mayeur, Eschevins, Sargent, Messy à Ohain, cens, rentes, congies, loix, amendes & tous autres drois Seigneuriaux. Et pareillement audit lieu de Nouchelle hault Advoué, cens, rentes, drois Seigneuriaux, loix, amendes. Et sont toutes les parties desludit renues en un seul plain sief du Duc de Brabant, comme ledit Philippe de Wittham par son denombrement sellé de Ton seaul a rapporté en l'an xiiij.^e iiij.^{xx} xv.

Damoiselle Marie Elisabeth Marquisé de Berghes sur le Zoom Comtesse de Berch & de Walhain Baronesse Perwez &c. xxx. de Decembre 1613. par le trespas de Dame Marie Mencie de Wittham sa Mere soubscripte.

Damoiselle Marie Mencie de Wittham feudataire mortuaire *cum suis* xvj. Novembris 1591. par le trespas de feu Messire Iehan de Wittham leur Pere soubscripte.

Iehan de VVitham iij. Decembris xv.^e lvij. par le trespas de feu Maximilian de VVitham son Pere soubscript.

Maximilian de VVitham Seigneur de Beerffele le xix. jour de Septembre l'an xv.^e liiij. par le trespas de feu Messire Henry de VVitham son Pere soubscripte.

Henry de VVitham Seigneur de Beerffele le xvj. jour de Juing l'an xv.^e xxiiij. par le trespas de feu Philippe son Pere.

Messire Henry de VVitham Seigneur de Beerffel & de Brayne l'Alleud Chlr. le xxix. jour de Decembre l'an xiiij.^e iiij.^{xx} & ix. releva en sief, en ensuivant certain don par nostre tresredoubté Seigneur le Roy de Romains & Monseigneur l'Archiduc Philippe son filz par certaines leurs lettres patentes, en date de x. jour de Juin l'an xiiij.^e iiij.^{xx} ix. pour les raisons y contenues audit Messire de VVitham fait comme il apparoit par la copie des lettres desludites c'y apres escriptes. La Seigneurie & Justice, haulte moyenne & basse que mes-

dits tresredoubtez Seigneurs & leurs predecesseurs Ducs & Duchesses de Brabant, ont eu en aucuns lieux, & places dedans les Franchise & Paroiche de Brayne l'Alleud. Et pareillement la haulte Justice es lieux places Paroiches & Villages de Plancenoir, Ohain, haulte Nouchelle esquelz lienz places Paroiches & Villages ledit Seigneur de Beersele a les moyenne & basse Justices. Pour d'icelle haulte Justice par ledit Seigneur de Beersele & de Brayne l'Alleud ses hoirs & successeurs Seigneurs & Dames deditz lieux places Paroiches & Villages perpetuellement & a tous jours Joyr & user, saulf & reserve, a mesdits tresredoubtez Seigneurs & leurs hoirs & successeurs leur haulteur & Souverainete.

In obituario Ecclesie Braniæ-Alloidalis, mihi per Parochum monstrato habentur ista.

Obit de Messire Nicolle de Barbanchon, Sire de Vilers & de Braine Lalieve, & de Dame Marguerite sa femme lesquels sont ensevelis en l'Eglise de Braine leur dite Ville, en la Chapelle de nostre Dame; ont éconé &c.

Obit de Monsieur de Faingneulle.

Obit de Madame de Faingneulle.

Cum templum obirem, vetera, si quæ superessent, pristinorum Dynastiarum monumenta sepulchralia inspecturus, reperta hinc inde, situ temporum exesa, integrum Philippi *Witthemij*, cum epitaphio tali.

Chy gist Philippe de Witthem en son temps Seigneur de Berselle, de Bautesem, de Brayne-Laleux &c. qui trespassa l'an xv. c. xxij.

Et Madamoiselle Jehenne de Halwyn son Espeuse qui trespassa l'an xv. c. xxj. priez Dieu pour leurs ames.

Pontus Heuterus Rerum Austriacarum lib. III. cap. XII. meminit Braniæ-Alloidi, his verbis :

Henricus V Vitemius, Berselæ Dominus, defectione Bruxellenfium motus, Castellis suis, Berselæ, Braniæ-Alloidi, ac Foliæ de rebus necessarijs providit, acerimisque bello juvenes imponit, adco Bruxellenfes vexans, ut urbe nisi iusto cum præsidio exire auderent. Qua de causa Berselam profecti, muros tormentis dejiciunt irrumperaque conantur : sed foriter à Philippo V Vitemio, Henrici filio rejecti, Bruxellam, multis desideratis, plurimisque vulneratis, rediere. &c. Eò Philippum redigunt ut deditioem faceret &c. Eadem fuit fortuna Braniæ-Alloidi, inopiâ pulveris tormentarij. Sed Folia vi, minis, nec blanditijs ad deditioem compelli potuit.

CAPVT III.

De Dominio & Pago Plancenois.

Plancenois, pagus est, Braniensis territorio conterminus, à quo segregatus anno m. cc. xxviii. quando inibi erecta Parochialis Ecclesia, procurante Leonio Bruxellenfi Castellano, loci Domino. Rei tunc gestæ memoriam, erxi è monumentis Ecclesie Cameracensis, cujus summa edita est, diplomate sequenti.

releve aucunes parties du Seigneur Foncier & des autres il luy paye cens, marque evidente qu'elles procedent aussi des anciens Seigneurs, parmy lesquels je trouve dans un vieil Registre d'Obits, que Maistre Guillaume Baulduin Pasteur du lieu, m'a monstree, que Bernard *vander spout* que les Wallons appellent *del Spout* & Bernard fils du susdit Bernard *vander spout* en ont eulz successivement Seigneurs, & y possede la Seigneurie & Cense de la *Tour*. Dans l'Eglise l'on y voit encore la sepulture d'un d'iceux & peustre y sont ils enterez tous deux; auparavant en estoit Seigneur Jean de *Ghilenghien*, ne sachant pourtant comment, de la maison de *Ghilenghien* la terre a esté transferée à celle de *vander spout*, mais bien que Jenne ou *Isabeau vander spout* espousant Henry *Esfor* Seigneur de *Bigarde* la porta en dote à son mary, & procreerent Bernard *Esfor* ausly Seigneur de *Bigarde* & Foncier de la Chapelle S. Lambert, qui espousa Marguerite de *Baenst*, laquelle & son fils Jean *Esfor* Seigneur de *Bigarde* &c. furent condemnez à mort, pour crime d'heresie, dans le malheureux siecle passé, & trespasserent la veille de Rois, l'an 1547. leurs biens confisquez au profit du Roy, & puis par decret venduz à *Jerosime Baudewyns* fils d'Adam, qui en a fait le relief l'an 1550. en la Cour de *Mouffy* pour la Seigneurie Fonciere de Chapelle S. Lambert, & dans la Cour de la Dame de *Nivelve*, pour les cens Seigneuriaux à *Lanne*.

L'an 1563. *Adrian de Camby* comme mary & mambour de Damoiselle *Anne Baudewyns*, fit le relief.

L'an 1606. *Anne de Camby* fille d'*Adrien de Camby* & d'*Anne Baudewyns* fit le relief avec le Sieur *Maximilien van Mechelen* son mary & mambour.

L'an 1637. *Philibert van Mechelen* au nom & comme Commis du Sieur *Maximilien van Mechelen* son oncle, heritier d'*Anne de Camby* susdite, a fait le relief.

L'an 1651. le Sieur *Paul Roels* Seigneur de *Traulée* at au nom & de la part de Damoiselle *Margarite Baudewyns* Dame Fonciere de Chapelle S. Lambert par la mort de N. a fait le relief.

L'an 1654. le 15. de Decembre ladite D. *Marguerite Baudewyns* à vendu à Messire *Philippe Le Roy* Chlr. Banneret Seigneur de *Brouchem* &c. & depuis fait Baron du St. Empire, la Seigneurie Fonciere de *Chapelle S. Lambert*, appendences & dependences d'icelle. Ainsi est ladite terre tombée en la maison du Baron *Le Roy* qui la possede presentement.

LIBER V.

Continet Praefecturas Graviensem, seu Gresiensem,
Gemblacensem & Gemblacum oppidum.

CAPUT I.

De Dominio & Municipio Grez.

GREZIUM, inquit Gramais, illustre municipium, amplum, potens, nobile. Olim Comitatus titulo insigne, quod docet *Germerius Comes de Grez*, in expeditione sacra celebratus, sub Duce *Godefrido III.* Olim nundinas suas, leges & tribunal proprium, & quindecim in circuitu praetoria ab equitibus habitata habebat. Toparchæ ex prima semper nobilitate fuerunt, omnibus ferè bellis nominati; Dominia in suam stirpem amplissima transtulerunt, interque alia *Lintrense*. Ex quo per filias *Græzium* cepit in alias stirpes transferri, eosdem semper cum *Lintria* Dominos habuit. *Hæc Scriptor ille.*

Baldunus cognomento *Hierosolymitanus*, Comes *Montensis* sive *Hannoniensis*, in *Syriam* ad bellum sacrum profecturus, anno 1096. *Covinum* alijs *Tavinum* Castellum vendidit *Oberto* Episcopo *Leodiensi*, cujus transcriptionis inter cæteros nobiles testis fuit *Comes Warnerus de Grez*. Exhibeturque rei tum gestæ diploma ab *Auberto Miræo* lib. 1. *Donationum Belgicarum* cap. xxxi. satis manifestum indicium ante id tempus Comitatum extitisse, unde familiæ *van Grave* *Gallis de Grez* & tot exinde nobilitate nomen promanavit.

Recensetur à *Francisco Dongelbergio* in *suprema Brabantis Curia* Senatore, in *Hagoge* ad genealogias nobilium qui interfuerunt prelio *Woringano*, pag. 143. *Radulfus de Gravia* miles anno 1281.

Rafô de Grez Dominus de *Maleve* detunctus 28. Januarij anno 1351. & *Dolina* *Margareta de Rivieren* uxor eius, *Dolina de Neerlinter*, defuncta 15. Martij anno 1364. sepulsi ambo in *Capella Sancti Georgij* in loco de *Grez*. Fuit hic *Rafô* filius *Gilberti* militis.

Et prosequendo inquit, hæc etiam ibidem Dominus Gilbertus de Grez, Dominus de Bierch & de Hanchines miles qui obiit ipso D. Dorotheæ anno 1364. eiusdem hona adjudicata fuerint anno 1376. D. Gerardo de Grez, Domino de Soyse militi, qui ea vendidit Ingelberto de Grez suo fratri &c.

Raso de Grave Dominus de Linthere, vixit anno 1339.

Item anno 1375. vixit Ingelbertus filius quondam Domini Imberti de Grez militis.

Domina Maria Godevaerts filia Ioannis militis, ex filia Waltheri vander Brugghen militis, Domini de Heverle, uxor quondam Balduini de Grave, tenet Dominium in Patochia de Erps anno 1382. hic Balduinus est frater supradicti Domini Gilberti de Grez, reliquit Rafonem.

Balduinus de Gravia Dominus de Maleve, filius quondam Domini Gilberti, factus oppidanus Bruxellenfis anno 1376. Raso de Gravia miles eius filius, tenet Dominium in Erps, item Maleve sicut Gilbertus de Grave illud tenuit & bona de Wolfshage.

Ioannes de Glymes, Dominus de Berge super Zomam Grimberge &c. Executores testamenti sui, quod condidit 7. Octob. anno 1427. nominat patrem suum, Dominum de Glymes, Balduinum fratrem suum, Rafonem de Grez avunculum suum, Franconem de Borsfel & alios.

Domicella Joanna filia Rafonis de Gravia, Domini de Heverle, & Maleve, relicta Jacobi de Tausche anno 1437. Raso de Gravia Dominus de Heverle, vendidit illud anno 1448. Domino Nicolao Raulin. *Hæc ibi.*

Obijt anno 1350. inquit Divæus Raso à Gravia eques fortissimus, cuius etiam exteri chronographi meminere in bellis Anglicis. Eodemque autore Razo à Gravia Ioanni IV. Brabantia Ducis adhuc minoreanni Rector datur à Lovaniensibus anno 1455.

Porro an hi Radulphi, Rafones, Ingelberti, Imberti, Gilberti, & Balduini de Gravia omnes fuerint dicti loci Domini merito dubito, siquidem eorum epitaphia hoc non indicant.

In templo de Grez, ad dextrum latus aræ maximæ, in quodam sacello visitur stupendæ magnitudinis monumentum è vivo saxo, cum incubantibus præcæ armaturæ militis uxorisque eius simulacris.

Epitaphium marmoris incisum, hæcenus frustra desideravi, suspicor esse Razonis de Grez, Domini de Maleve, & Margaretae de Rivieren de quibus supra facta mentio. Inquirendum utique.

Hemricurtius in speculo nobilium Hasbania cap. 3. pag. 43. scribit Gilbertum de Gravia duxisse filiam Rafonis de Seraing equitis ex familia Wasfuzsa, his verbis, Messire Raes de Seraing Chevalier eut trois filles, la premiere fut mariée à Messire Gilbert de Grez en Brabant, dont ceux de Grez sont fortis, & le Seigneur de Livtre par sa Mere. Legiturque apud eundem Scriptorem cap. xix. pag. 245. Rafonem de Celles, Jacobi Domini de Celles equitis Bannereti filium, duxisse filiam Grezy Domini in Brabantia, nullo expresso nomine, sed ut colligi datur, contigit circa annum 1350. Sub Ioanne secundo reperitur lib. iv. Trophæorum Brabantia cap. viii. pag. 381. Raso Dominus de Grez & de Neerlinthe, eodemque lib. cap. ix. pag. 458. Sub Ioanne tertio possessum à Daniele de la Riviere Toparcha de Grez & de Neerlinthe ex familia Arlechotana, diciturque postmodum fisco adjudicatum, unitumque patrimonio Principis, causam tempusque aliquando sed frustra inquisivimus, in Regestis Cameræ Rationum Ducatus Brabantia, in quibus tamen deprehendimus spectasse ad Brabantia Duces à ducentis & pluribus annis Dominium ejus, & quinta Augusti anno M. DC. XXXVI. Pignori datum à Philippo IV. Hispaniarum & Indiarum Rege, Baroni de Wonsheym, fiduciario jure possidendum, pro triginta millibus centumque florenis, eodemque jure & tempore Dominia Fani S. Laurentij & Nodubais pignori data, pretijque caput fuisse quindecim florenorum millia. Scilicet Dominium de Grez cum annuo censu mille florenorum, Chapelle S. Laurent & Nodubais quadringentorum & quinquaginta, tenuitque ætate nostra præfata Dominia dicti Baronis vidua Ermeogardis de Ghilenghen.

Porro cum rursus fuerint à Principe auctioni exposta anno 1645. decima Ianuarij, quis ea emerit hæcenus me latet.

Abbatissa Vallis Ducis duobus à Lovanio milliaribus, Cisterciensis Ordinis Monasterium, Graviae potitur Decimis inibique sacrorum constituit ministrum.

Olim hic Begginsium fuit, hodieque monstrantur ædes, nunc anus aliquot inhabitant, vitam ex pitancia tolerant: adjacet sacellum Capellano & dote instructum non exigua, cuius collator Toparcha de Pieterbais.

Templum Parochiale D. Georgio sacrum, & venerandis Sancti Marculphi Lipsanis celebre, est illuc accessus peregrinorum maximus, invocaturque potissimum ab iis, qui strumarum incommodo laborant. Dicti Sancti obiter meminisse oportet, fuit S. Marculphus Abbas Ordinis S. Benedicti in Constantiensis Galliae Diocesi, condiditque Nantum monasterium, ibique mortuus & sepultus; porro postmodum corpus delatum ad Corbiniacense templum, ad quod honorandum Christianissimi Reges Francorum, statim atque Remis inuncti sunt, proficisci solent. Dicuntur enim hujus meritis accepisse beneficium divinum suo actu sanati strumas. Erecta ibidem creditur à S. Ludovico Rege confraternitas, in qua primus inscriptus, ejusdem hæcenus habetur protector.

Inter characteres temporis, quibus definiti S. Marculphi ætas potest, eminet regimen Childiberti primi Regis Francorum & Ultragodiæ Reginae, quam pro secunda vice adijt Compendij circa annum 558. ut colligi datur ex historia vitæ ejus.

Abhinc annis amplius quinquaginta, civis quidam Wavriensis docuit Gravienses, modum faciendi calcem, ex taxis inibi nascentibus creta mixtis, unde non exiguum loco commodum accessit.

Joannes Blondanus, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit hujus loci, his verbis:

Souz la Paroiche de Grez, il y at plusieurs Chasteaux & Seigneuries, qui meritent que l'on en parle separement, tels que les Chasteau de *Lawensart*, de *Pietenbais*, & de *La Motte*. Les Seigneuries de *Bercus*, *Argenteau*, *Lis*, *Morsiau*, & *Dionceau* ou *Douceau*, qui at jadis appartenu à la famille d'Autregnies, à present à celle de Verreycken.

CAPVT II.

De Dominio Bercus.

EX Commentarijs Joannis Blondeau :

Je croy que le bois de Bercus, at autrefois appartenu à une noble famille du Cambresis, qui portè le mesme nom & pour armes d'or à trois tresilles de sable.

Ce bois est a present possédé par le Chapitre de nostre Dame de Cambray, & horsmis qu'il est gisant souz la Paroiche de Grez, est independant de toute autre jurisdiction, ayant separement son Mayeur, Eschevins, Greffier & Sergeants, droit de franche chaste, & mesmes ses loix, usages & amendes touchant le bois, & divers cens Seigneuriaux aux environs. Quant à la Famille de Bercus, voyez Carpentier en son histoire de Cambray partie 3. pag. 218.

CAPVT III.

De Dominio La Motte.

EX Commentarijs Joannis Blondeau :

En Aoust 1578. l'Armée des Estats, souz la conduite de Maximilien Comte de *Boscu*, print en passant (au rapport de Jean François le Petit liv. xi. de ses histoires) les Chasteaux de *Dyon*, de *La Motte*, *Helfenne*, & de *Sart*. *La Motte* se laissa battre, ou n'y avoit que 15. ou 16. Soldats, le reste payfans, & fut prit d'assaut, ou le Seigneur de *La Noüe* Marechal de Camp, le Viscomte de *Gand*, & le Collonel Michel *Caulier* passerent l'eau des fosses jusques à la ceinture (encor que ce ne fut pas sagement fait audit Viscomte pour un chef General de la Cavallerie comme il estoit) & avec les Anglois, qui se jetoient dedans comme grenouilles, l'emporterent, & taillerent les Soldats tous en pieces, pardonnant aux Payfans.

Ce Chasteau est au milieu des prairies, en une assiette fort agreable, ayant le Cloistre de *Florival* en veüe, & quantité de surgons de fontaines, qui produisent des eaux en tres-grande abondance, & le rend de difficile acces.

Il fut basty par *Guy* enterré à *Florival*.

Les biens de *la Motte* relevent en partie de la Cour Feodale de Brabant; & ont appartenu à *Gilles de Bontez*, & puis à Messire *Guy del Motte*.


Le Registre Feodale de Brabant rapporte, que par le trespas de *Bauduin de Broussberge*, *Catherine de Broussberge* dite de *Bontez* sa fille, & *Engelbert Hardung* son mary les releva 1479.

Catharine Hardung leur fille, par le trespas de ladite *Catharine* sa Mere, & *Nicolas Nyrello* son mary releva l'an 1502. Et puis ladite *Catherine Hardung* l'an 1505. les transporta à *Guy de Heute Chir.* allié à *Jenne de Gesnes*, laquelle fut mere de *François de Baillet*, qui releva l'an 1540. par le trespas de sadite mere, ayant laissé un fils nommé *Jacques*, & *Jenne*, *Anne* & *Marie de Baillet*.

Messire *François d'Outremont*, par l'adjudication faite à *Anne de Baillet* sa mere; par sentence du 2. May 1572. le releva l'an 1605. & l'an 1622. le transporta au profit de *Gautier de Hontoy*, auquel succeda l'an 1625. *Jean de Hontoy* son fils. *Ex Regestis Feudorum Brabantia & alijs.*



CAPVT IV.



Castellum Laurentsart.

De Dominio & Comitatu Laurentsart.

EX Commentarijs Joannis Blondeau :

La Seigneurie de *Sart*, est une tres-belle Terre, assise en la Paroiche de *Grez*, avec un Chasteau dans une situation agreable, sur le costé gauche de la riviere du *Thy*, basty dans les prairies qui luy donnent de tous costez un tres-beau prospect, ayant du costé de Septentrion des montaignes, bois & plainures voisines pour le divertissement de la chasse. La basse Court est grande & belle, & au milieu d'icelle une fontaine, comme aussy en la place du Cbasteau. Je crois que ce lieu a prins nom de *Laurentsart* de *Laurent de Blioul*, qui en at autresfois esté Seigneur, & qui l'an 1531. avec *D. Catharine de Coene* sa femme, faisant leur testamenr, laisserent en vie *Engelbert de Blioul*, *Jenne*, *Hierosine* & *Laurent*, qui procrea *Marguerite de Blioul*, comme j'ay remarqué hors divers proces, qu'ilz ont eu ensemble. Cette famille portoit azur au chevron d'or acompagné de trois roses de mesme.

Si la memoire ne me trompe, cette Terre at autresfois esté en la famille de *van Etten*, & en celle de *Renel* Seigneurs d'*Audregnies*, à s'informer.

Hæc de hoc loco Scriptor ille, quibus adjungemus epitaphium *Margaretæ de Blioul*, quod deprehendimus in choro templi *Divæ Virginis Wavriensis*, juxta aram maximam ad latus *Evangelij*, ubi etiam visuntur insignia familiæ de *Blioul*, & consanguinearum gentium in vitrea fenestra pincello adumbrata.

Cy gist *Dame Margarine de Blioul*, en son vivant *Dame du Sart*, *Doüagiere d'Audregnies*, *Vesve* du feu *Charles de Renel*, en son temps *Chevalier*, *Seigneur* dudit *Audregnies*, laquelle trespassa le 3. jour de *Febvry* l'an 1594. priez Dieu pour son ame.

Tranfija

Transijt postmodum *Santi* Dominium in familiam *Verreycken*, quod nos monet cenotaphium marmoreum Bruxellis visendum in sacello quodam, dextri lateris, navis templi Capellarum, adversus parietem è regione altaris, cujus verba dedimus lib. secundo capite v.

Cæterum, erectum fuit hoc Dominium in Comitatum 16. Decemb. anno 1674. in gratiam Petri Ignatii Verreycken Ordinis militaris Alcantaræ Equitis, Baronis de Bonlez &c. Romandæ Brabantæ summi Prætoris.

CAPUT V.

De Dominio Dulcheau.

D *Ulceau*, à veteribus scriptum *Dionceau*, nec non *Douceau*: quondam hæreditas gentis *d'Audreghies*, nunc vero familiæ *Verreycken*, quæ jurisdictionem loci à Philippo IV. Hisp. & Indiarum Rege acquisivit, primò jure pignoratitio pro mille florenis. 18. Julij anni 1630. postmodum emptionis jure, pro bis mille ducentis florenis, in auctione publica, in Concilio Finantiarum habita decimanona Januarij anno 1644.

CAPUT VI.

De Dominio Argenteau.

EX Commentarijs Joannis Blondeau:

En la Paroiche de Grez y at une Seigneurie fonciere dite *d'Argenteau*, ayant apparemment retenu ce nom des Seigneurs qui l'ont possedé, & peutestre des penultiesmes Seigneurs de *Bossuyt*, elle appartient à present au Seigneur de *Bossuyt* moderne, & consiste en divers cens Seigneuriaux, qui se levent souz la Paroiche de Grez, & en divers arrierchiefs.

CAPUT VII.

De Dominio Lis.

EX Commentarijs Joannis Blondeau:

La Seigneurie fonciere du *Lis* releve de *Pieterbais*, est située en la mesme Paroiche, & appartient a present à Jean *L'Hofte*, Pensionnaire de la Ville de Louvain; elle consiste en divers cens souz *Grez*.


CAPUT VIII.

De Dominio Morfaing.

EX Commentarijs Joannis Blondeau:

Morfaing est une cense & Seigneurie fonciere souz *Grez*, qui a cy-devant produit une famille qui en portoit le nom, consiste en quelques menus cens.

CAPVT IX.



De Dominio Pieterbaix.

EX Commentarijs Ioannis Blondeau.

PIETERBAIX est una tresbelle Seigneurie sitúa aussy souz la Paroiche de Grez: de laquelle sont mouvans divers fiefs, & de laquelle depend, alternativement avec l'Abbesse de *Vaul Duc*, la collation des benefices & autels de S. Jean Baptiste, S. George, S. Michel, & S. Agnes autrement dit des Ames, en l'Eglise Paroichiale de Grez. Le Seigneur de ce lieu pretend aussy la Surintendance du Beginage audit lieu, & la collation de la Cure de Moutty sur Thy.

Le Chateau de Pieterbaix est magnofique & tresbien basty, environné d'eau & fossez fort larges. Les anciens Seigneurs pour autant que je sçache ont estez ceux de Grez & fut vendüe par un des heritiers de François de *Baillet* a la famille *vanden Berghe*, & est à present possédé par Lamoral vanden Berghe Seigneur de Pieterbaix, Biez &c.

Scribit Gramaius in Præfectura Aincurtensi pag. 37. *Fanum Mariae* in sacris Villario obnoxium, *Petribasium* Ecclesiae de *Lautu* filiaque, ideo a Paræco Lautenti dependens. Illud Graviorum, hoc Montenacensium peculium. *Hac lib.*

Porrò cum Ioannes Blondeau dicat *Petribasium* seu *Peterbaix* insigne Dominium esse situmque sub Parochia Grefensi, uti supra ex eo retulimus, & Gramaius illud annuncret districtui Aincurtensi, infra quam Præfecturam locus reducendus sit ambigimus; inquirendum utique.

CAPVT X.

De Dominio & Pago Biez.

Biez ab aliquibus *Bierges*, *Bierch* & *Bje*, scriptum legimus, antiquorum Grezj Dominorum hereditas] de quo pago ita Gramaius, *Allodium de Bierges etiam ante annos centum adhuc penes Grezj Toparchas fuit.*

Ioannes Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit hujus Domini] his verbis.

Biez at appartenu à l'ancienne famille de Grez. & est un appenage d'icelle comme j'ay deduit ailleurs; & est un Alleud qui ar haute moyenne & basse justice, dont les Seigneurs ont aussy autrefois possédé la difme. Il appartient à present à la famille *vanden Berghe* par transport des heritiets François de *Bailler*.

CAPUT XI.

De Dominijs & Pagis Chapelle S. Laurent & Nodebais.

De ambabus his Toparchijs; commemorans Gramaius in Præfectura Grefensi; *Complectitur*, inquit] FRANCISIA quam vocant, NODEBASIIUM.

Præfectura FAXUM LAURENTII, Hastriensis Abbatia peculium.

Ephemericides verò Cameræ rationum Ducatus Brabantia, testantur sub Philippo IV. Hisp. Rege pignori] datas; his verbis. Chapelle St. Laurent & Nodebais demeurent engagé depuis le 5. d'Aoust 1626. pour 15000. flo.

Ioannes Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia de præfatis locis ita scribit.

Chapelle St. Laurent est un village qui jouit des mesmes Franchises & Privilèges que Grez: pour autant] qu'il appartient au Duc, & est engagé au Comte de Wonsheym, & le reste appartient à l'Abbaye de *Hastier*, de l'Ordre de St. Benoit, au Comté de Namur.

Nodebais fut l'an 1626. engagé par le Roy au Baron de Wonsheym, & chaque maison, ou on fait feu,] doit par an un stier d'avoine au Seigneur.

Porrò præfata loca an fuerint postmodum à Principe repignetata, vel in perpetuum transcritpta hæcenus] nec latet, certus tamen, in Concilio Finantiarum, die decima anni 1645. denuò venditioni, in auctione publica, fuisse exposita.

CAPVT XII.

De Dominio Gottechien sive Gertechien.

DE Toparchia Gottechien legimus in Ephemericidibus Cameræ rationum Ducatus Brabantia, ea quæ se] quuntur. Gottechien fust eugagé le 3. d'Aoust 1626. a Gerard d'Vdekem pour 1300. flor. & renchery le 9. d'Avril 1638. par Judocus *vanden Eede* pour autres 500. flor. & vendu le 9. d'Aoust 1657. pour 1200. flor. pardeffus l'engagere, A. N.

In templo Divæ Virginis Wavriensis, vifitur monumentum ante sedem Concionatoris cum hac epigraphe.

Icy repose le corps de tresvertueux jeun homme Monsieur Iosse vanden Eede Licencié] es Loix, & Seigneur de Gottechien: reliqua fugentibus literis legere nequivi.

Ioannes Baptista Gramaye in Præfectura Aincurtensi postquam de Rodio speculi, quem locum Rouxmiroir] appellamus, egisset, ita subjungit, GOTTECHEMIUM ubi decimas *Wilhelmus de Dongelberch* Capitulo Aincurtensi assignavit anno 1126.

Porrò an hic locus inibi designetur, inquirendum utique.

CAPVT XIII.

De Dominio & Pago Bossuyt.

BOSSUTUM (nisi quod Schoonvorstani & eorum heredes aliquid iuris alibi possident) fuit semper Dominorum Gressij. Suprema jurisdictionis honore actum sub Francisco Baillet anno 1565. quo eodem anno id Martinus vanden Berghe emit. Venditum denique J. Dreucquaert anno 1590.

Præfata habet Grammaus in Præfectura Gressensi, sed accuratius describitur hæc Toparchia à Ioanne Blondæan in Commentarijs de Gallo-Brabantia, his verbis.

Le Village de Bossuyt est situé sur une éminence, distante d'un quart de lieue du bois de Merdal, dans un terroir fort fertile & abondant en grains. Son nom quoy qu'un peu alteré, porte son étymologie avec soy, & est pour sa situation appellé Bossuyt, c'est à dire, hors du bois, quoy que vulgairement on luy donne celluy de Bossut.

Ce Village, at autrefois esté l'appenage d'un cadet de la famille de Walhain, & ses descendants en ont prins le nom; Butkens en ses Trophées de Brabant lib. iv. pag. 223. trouve *Rings de Bossut*, soub le Duc Henry premier, & je croy qu'il estoit d'une famille antérieure a celley de Walhain, de laquelle à peuteestre esté Jean de Bossuyt, qui en l'an 1417. estoit Grand Bailly de Nivelles & du Wallon-Brabant.

Je trouve depuis, que Wallerand d'urre Escuyer fut l'an 1533. Seigneur de Bossuyt en Brabant, & j'ay veu une verrière en l'Eglise du lieu, ou l'an 1547. Regnaut d'Argenteau qui avoit espousé Françoise de la Haye, s'intituloit Seigneur de Ligny, Tongrines & Bossuyt ou ilz font agenouillez en armes acostées de leurs peignons & bannieres.

Grammaye dit que horsmis la partie qui appartenoit aux Schoonvorsts & leurs heritiers, Bossuyt a tousiours esté possédé par les Seigneurs de Grex: & que l'an 1565. François de Baillet en achapta la hauteur, qui fut achaptée la mesme année par Martin vanden Berghe, & vendüe l'an 1590. à J. Dreucquaert, Regnier Le Roy & Adriane vanden Berghe, achapterent depuis ladite Seigneurie, partie de Jean Danneux Seigneur d'Abancourt & l'autre de Jacques d'Argenteau Seigneur de Velaine, & l'ont transmis à Guillaume Le Roy leur fils, qui entre autres enfans qu'il a eu de Gertrude de Croy sa femme, laissa Regnier, mort a marier, Maximilien Seigneur d'Erchenes & Marcq Antoine Seigneur Bossuyt, Erchenes, Gottchin &c. qui at espousé Anne Marie de Dielbeeke fille du Seigneur d'Attenhove & lœur de N... de Dielbeeke Baron de Holsbeke de laquelle il at une belle generation. Cette famille port d'azur à cinq coquilles d'or mises en croix.

Guillaume Le Roy prins la hauteur par engager du Roy l'an 1626. avec la Seigneurie de Gottchin souz l'ancourt pour la somme de cinq mille & deux cent florins.

Conrad de Elloo de la famille de Gavre y at autrefois eu une Cour censale.

Je trouve dans le Wallon-Brabant trois familles du nom Le Roy, qui portent differentes armes.

Le Roy, Seigneur de Bossuyt, porte d'Azur à cinq coquilles d'or en croix, comme j'ay desja dit.

Le Baton Le Roy, Seigneur foncier de Chapelle S. Lambert, porte au premier & quatriesme, d'argent à la bande de gueules, au second & troisieme coupé d'argent & de gueules, à deux croix pattées, de gueules, sur argent, & une estoile à cinq pointes & un croissant d'or, sur gueules.

Une autre famille du nom Le Roy, est à Nivelles, & porte de gueules, au pal, à la fasce, & à la barre d'or. Dont estoit Messire Iean Le Roy, Doyen de l'Eglise Metropolitaine de Saint Rombout à Malines, Conseiller du Grand Conseil, par commission de l'an 1638. & du Conseil Privé par autre commission de l'an 1653. qui mourut au mois d'Avril en l'an 1656. ensevely au Cheur de ladite Metropolitaine, voicy son epitaphe:

Hic jacet Admodum Reverendus & Amplissimus Dominus Ioannes Le Roy, quem virtus huic Ecclesie Canonicum ac Decanum dedit: doctrina in supremo Belgij & satisfactioni Cencilio, fecit Consiliarium.

Hæc scriptor ille, quibus adjungemus quæ leguntur in ephemeridibus Cameræ rationum Ducatus Brabantia, de oppigneratione & venditione hujus Domini, è quibus certò erui potest veritas & notio illarum rerum, quæ ita habent.

Bossuyt fust engagé le 3. d'Aoust 1626. pour 4380. florins.

Et rehaucé le 9. d'Aoust 1638. par autres 1200. flor. & vendu absolument le 20. de Janvier 1644. à Da-moiselle Marie Le Roy pour autres 6420.

CAPUT XIV.



Monast. Florida-vallis Ord. Cister. Ab. F.

De Monasterio Florida-Vallis. Ord. Cister. Abbatia feminea.

Augustinus Wichmannus lib. tertio Brabantiae Marianae cap. xviii. meminit hujus Cœnobij satis accuratè, ex Gramaio, Miræo alijsque historicis, ideoque verba eius visum dare.

Vallu-Florida, Gallicè, *Vaux-Flori*, communiter autem, *Flori-Val*, Cœnobium est altero lapide à Lovanio, sed versùs Wavriam, in Brabantia Walonicâ situm, & à cœlesti prodigio nomen suum mutuatum. Cùm enim templi fundamenta eo loco jacta essent, qui hodieque, *Vetus Abbatia*, & *Pratum Capella*, nominatur, divino monitu jussæ sunt locum petere floribus conspersum, & fundationi Ecclesiæ veluti oportuniorem futurum, eundem eligere. Id factum, & prout repererant in orbem pictam floribus plantiæ, templum extruxerunt, atque hinc, *Vallu-Florida*, loco nomen adhæsit: ad quem non incongruè hisce verbis cœlestis sponi B. Virginem Dei-param licet invitare: *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Jam hiems transit, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terrâ nostrâ. Flores, inquam, fructus honoris & bonestatis.* Hæc est enim illa.

Vallu-Florida, Virginesq; Flores,
Virtute omnigenâ decora turma,
Quas & Lilia Castitatu ornant,

Et Rosa, gemini indices Amoris,
Nec non & Viola, aureaq; Caltha,
Sancta symbola, tesseraq; vite.

Inter quas non minima sanctioris vitæ excellentiâ fuit Ven *Genta*, à suscepto Cisterciensium instituto, prima Abbatissa.

Fuerunt siquidem primitus hoc in loco Sorores Ordinis D. Benedicti: sed anno 1218. vel ut alij, 1220. Cisterciensem habitum & institutum adsumpserunt sub prædictâ *Gentâ*, quæ ut eius familiaris testatur Thomas à Cantiprato lib. i. Apum cap. 11. primò quoque Monialis fuit Ordinis nigri, ac Romam ad Sedem Apostolicam profecta, ab eâdem mutati Ordinis & Cœnobij confirmationem impetravit. De quâ illud singulare idem commemorat, *neve veritate restatissimâ traditum fuisse, cum annis fermè triginta Monasterio præfisset, nunquam pro cibo vel potu extra Conventum quinque solidos expendisse, cujus lectus in dormitorio communis erat, & refectorium*

refectorium in Conventu. Quod si horâ prandij fissa iunere afois advenisset, Conventum intrabat, & socias Moniales ad infirmariam mittebat. Plura alia de eadem memoratu dignissima recitat idem Cantipratanus, qui eam lectulo infirmitatis decumbentem paulò ante mortem visitavit; quæ etiam ab hujus recessu, non multò post ab hoc sæculo discessit, globo ignis læcidissimo eius transitum de cælo prænuntiante. Obiit verò an. Incarnati Verbi 1247. die Martij 23. prout patet ex eius Epitaphio in *Valle-Floridâ*, licet pro more eius sæculi simpliciter, etiam-num conspicuo; quod in sacro suo Aucuario & Hiero-gazophylacio Belgico recitat Arn. Raiffius, qui ad 23. Apr. sacram eius memoriam posuit.

Colitur præterea, & in magnâ veneratione hæc est, quia miraculis coruscet, sacra B. Virginis Imago Deiparæ, quæ quantæ sit virtutis & beneficij, muta circum-pendula anathemata vocaliter loquuntur.

Quod autem ad Cœnobij hujus Fundatores, fuerunt ij, ut scribit Grammayus, Dux nosster, & Toparchæ Otiniaci, Nethenarum, Bessuti, & Grefij. Verùm Ioannes d'Assignes Abbas Nizellenis in vitâ *Beatrix de Nazareth* juxta Liram, Gallicè nuper editâ, scribit eius patrem *Ven. Bartholomæum Lanionem*, vulgò *Mte. sth-Houwer*, Thenensem Civem, extraxisse ac fundasse *Vallem-Floridam*, dum de eo ita meminit: *Mortuâ verò uxore suâ carissima, ipse mox unâ cum tribus suis filiabus, Florida Vallis Cœnobium Ordinis Cisterciensis à se erectum, ingressus est &c.* In M. S. tamen vitâ *Beatrix Nazarethane*, quam penes me habeo, pro *Floridâ-Valle*, legitur *Rameia*. Miræus verò in Chron. Cisterc. dicit primas Cisterc. Virgines cum præfatâ *Beatrice*, ex *Lintrensi Monasterio* juxta *Thenas*, ad *Vallem-Floridam* venisse. Ut ut sit, ego liteam non dirimo, quia loci monumenta non inspexi. Faciat cui ad ea accessus, & ortum, ac lubentia. *Haæteus Wichmans*; quibus addemus præfatæ *Gentæ Abbatissæ* epitaphium:

Anno Domini, millesimo ducentesimo quadragesimo septimo: obiit Domina *Genta*, quondam *Abbatissa Vallis-Floridæ* O. P. E.

Per circuitum lapidis verò hi versus conspiciuntur.

*Archa pia fidei, mater viræ speciei,
Nutrix virtutum, solvit nasale tributum.*

*Grex de solatus tristatur, mole reatus
Nulla mulctetur, sed caliculis societur.*


CAPVT XV.



Castellum Bonlez.

De Dominio, Baronatu & Pago Bonlez.

Belgica



Castellum Bonletz



Bolerium utrumque superum & inferum, illud gentiles de *Glymes*, hoc de *Boler* agnovit, inquit *Grasmus*, in descriptione Præfecturæ *Gresfensis*; sed ampliori narratione exponitur Dominium hoc, in *Jurisprudencia Heroica*, ideoque transcribere visum.

BONLESUM, à Gallo-Brabantis, apud quos in districtu *Nivellensi* situm est, dictum *Bonlez*, olim stirpis de *WALHAIN* peculium, ex qua *Ægidius* dictus de *Bonlez*. Post ejus obitum successit in hac Dynastia *Baldouinus* de *Brouisberge*: eoque defuncto anno 1485. filia ejus *Joanna*, *Joanni* de *Hofden* militi enupta, illam in mariti familiam transtulit: hinc *Jacobus*, *Eutachius*, & *Carolus* de *Hofden*, ordine patres & filij, hujus loci Dynastæ. A quibus devenit anno 1624. ad *Ludovicum Franciscum VERREYCKEN* Equitem auratum, Dominum de *Hamme*, *Sart* ad *Thyliam*, *Imden*, *Ruart*, &c. Serenissimis Archiducibus & *Philippo IV.* Hisp. Regi in Belgio à Consilijs aulæ & belli, *Ludovici*, pariter Serenissimis Archiducibus & *Philippo II.* Hisp. Regi à Consilijs aulæ & belli, aurei velleris illustrissimo ordini à *Theauris*, & *Ludovicæ Micault* filium, qui, postquam ob sua & parentum merita hoc Dominium anno 1645. in Baronatum erectum esset, illud *Petro Ignatio*, ex *Anna* de *Bulleyden* filio suo primo-genito, anno 1649. cessit.

CAPUT XVI.



Gemblacum. Ord. S. Benedicti. Ab.

De Monasterio & Oppido Gemblacensi.

Gemblacum vetustum opidulum *Divo Wiberto* celebratum, qui *Litholdi* filius nobilitate inter *Lotharingæ* proceres conspicuus, ac hujus loci vicinorumque pagorum Dominus, Castellum suum *Gemblaus* seu *Gemblaus* in Monasterium *Benedictini* Ordinis convertit, patrimoniumque suum ei transcripsit anno 922. & relicto sæculo, *Gorzia* juxta *Metas* Monasticen professus, decessit anno 962. *Gemblacum*que relatus, ac anno 1110. à *Frederico* *Coloniæ* Archiepiscopo, ac *Oberto* *Leodij* Episcopo, in Synodo *Coloniensi*, Sanctis adscriptus est; procurante potissimum *Sigeberto* Monacho & *Chronographo* *Gemblacensi*, qui scripsit historiam vitæ ejus, à *Surio* editam.

Oppidi Dominium penes Abbates remansit, quod *Arnulphus* nonus *Abbas* fossa muroque munivit, porro nuperis annis jussu Principis demolitum, ne ab hoste occuparetur, nec longi temporis intervallo, secutum

pejus malum, quod fortuito igne & epidum & monasterium absumpsit. Gramaius ex archivis Cœnobij locum descripsit atque inscripsit Ludovico *Sombicho* Imperialis Monasterij Gemblacensis Abbati, eoque nomine Comiti Danuensi, Baroni Gemblacensi, & Brabantiae nobilitatis Primati. Ideoque verba ejus visum dare. Cum praeferim Ottonis primi, Germaniae & Lotharingae Regis diplomata duo, quibus confirmat Gemblacense Cœnobium, vulgata ab Auberto Miræo in Notitia Eccles. Belgij cap. lvi.

Otto divina favente clementia Rex Lothariorum & Francigenum. Agnoscat fidelium conventus, quod quidam *WIBERTUS* nomine, à sæcularibus hujus vitæ tumultibus recedens, vertit se ad monasticam regulam vitæ, & construere basilicam mox cepit in loco *GEMELAEUS* dicto, in honore Domini nostri Iesu Christi. Talis ergo desiderij nepotem suum *Wibertum* calore succendi prospiciens avia sua *GISELA*, præsidio constructionis ejusdem Gemblacensis Cœnobij, res eidem nepoti suo contulit hereditarias, quas sibi vir suus nomine *ROTHINGUS* impendit, dotis gratia, in Comitatu *Lovanensi* atque *Darnuensi*, villam videlicet *Gemelaeus* cum omnibus ad eam pertinentibus; in eodem quoque pago villam *Eusfontis* dictam, & in villa *Ashalgia* quidquid ipse jure tenuit, & apud eundem pagum villam *Salvenerias*, unumque mansum, quod emit, vocabulo *Ruoz*, alterumque mansum fiscalem in loco, qui dicitur *Vilers*, similiter in pago Hasbain apud villam *Hermuez* mansum unum, quod *Rothingus* & conjux ejus emerunt.

Vitæ denique monasticæ normam multiplicati cernens piissima *Gisla*, dedit nepoti suo *Wiberto* quidquid *Rothingus* dotis gratia donaverat; in Comitatu *Nassenaco* villas *Nassei*, *Corbeis*, *Avoncourt* & *Curceles*, & molendinum unum super fluvium *Fontlain* in Comitatu *Lazensi*, & elibanum quemdam in civitate *Sens* nuncupata, per annos solventem singulos xxx. solidos nummorum, similiter in Comitatu *Stampais* villam *Maisson* dictam, & villam *Algeldi*.

Dominus interea præfatus *Wibertus* de paternis vel matris rebus suæ hereditatis legales faciens traditiones, dedit quicquid juris visus est habere, fratribus in eodem loco *Gemblaus* sub regulari viventibus disciplina, quos ibidem Dei coadunaverat miseratione, in Comitatu scilicet *Breibant*, in loco *Melin*, Ecclesiam, cambam, molendinum, & culturam *Arnulphi*, ac decem mansos de *Lietzinis*, quos filio suo *Wiberto* mater solummodo cum fratre suo *Oilboldo* legaliter tradidit, & apud eundem pagum medietatem villæ *Putain*, medietatemque *Beurene*, in Comitatuque *Darnuensi* medietatem villæ *Curtily* dictæ, ac medietatem villæ *Walabain* dictæ, medietatemque *Wasmont* in pago *Hasbain*.

Siquidem & in hoc habuit doctorem venerabilem *ERLUINUM*, qui & ipse Canonicam, qua vivebat, regulam mutavit in monasticam vitam. Ipsum præfatus *Wibertus*, post ædificatam Ecclesiam & officinas claustræ, quas simul construxerant, sibi eligit Abbatem, & se cum omnibus, quas accesserat, monachis commisit regendum. Igitur virtute nostræ roboramus auctoritatis quidquid ipse contulit illi Ecclesiae, ac quidquid exinde venerabilium virorum largitione fuerit concessum. Et annuum Abbati Cancellarium sibi constituit quemcumque voluerit ex suis; similiter mercatum, percussuram monetæ, macheriam; nec per gymnasium Abbatis quilibet Comes sive Legatus Dominicus ulla utatur potestate, sine permissione Abbatis & Advocati: isdemque locus absolutus sit ab omni teloneo.

*Idem Otho I. Lambertum I. Comitem Lovaniensem constituit Advocatum
Monasterij Gemblacensis, anno 948.*

Otho divina favente clementia Rex Lothariensis & Francigenum. Quidam vir nobilis *WIBERTUS* nomine his temporibus construxit monasterium in honore SS. Petri Apostoli & Exuperij martyris, in pago *Darnuensi*, in proprietate hereditatis suæ, quæ *Gemblous* nuncupatur. Qui adit presentiam nostram, cum *Erлуino* ejusdem loci Abbate, & locum ipsum nostræ tutelæ commisit. Quod nos gratanter accepimus, ac sigilli nostri impressione roboravimus. Verum quia fratribus ejusdem loci grave nimis esset presentiam Regis semper adire, cum electione ipsius *Wiberti* & Abbatis, dedimus Advocatiam ipsius Abbatiæ *LAMBERTO* Comiti Lovaniensi, viro forti & bellicoso, qui vice nostra adjuvor eorum sit ac defensor. Illud etiam statuitur, ut Comes Lovaniensis nunquam præter unum Subadvocatum habeat. Porro Subadvocatus in villis ad Abbatiam pertinentibus nihil aliud juris habebit, nisi per singulos annos de unaquaque domo denarium unum, gallinam unam, avenæ sextarium unum. Acta sunt hæc anno D. CCC. XLVIII. Indictione XII. anno Imperij nostri XII. in oppido *Franconfort*, mense Junio, in martyrio Petri & Pauli.

Locum istum antiquitus (inquit *Gramaius*) *Gemmelaeus*, mox *Gemblaus* aut *Gemblays* denique per euphoniæ *Gemblours* dictum constat, quod postremum hodie invaluit.

Nominis originem certam & quæ solidè placeret hæctenus non reperi, certus interim frequentia urbium pagorumque vocabula vulgò fingi aut efferi latina si non voce saltem terminatione in *acum*, quæ collata veterum chartarum fide cum præsentis appellatione, Teutonice per *ersti* / gallice *par aus*, *ays* vel *us* efferruntur. Ex quorum genere *Gemmelacum*; de quo nihil admodum, quod dem habeo, nisi me respexisse interdum ad germanicum *statts* quod domum sonat, & cogitasse de *Gemmelio* milite, cujus nomen in generis veterum Ducum reperi.

Locum Romanorum temporibus notum & arce instructum fuisse sunt qui tradunt, sunt qui credant, quos tradere & credere mallet, à Francis munitum, adeoque ipsi rerum potentium nomen inter horridas silvas invenisse.

Hoc constat Lotharici regni partem & fortè Comitatu Darmiensi (*Darmuensi*) sub aut accensum fuisse.

ARCEM autem sive VILLAM (utrumque legis) vetera in BASILICAM mutavit D. Guibertus & potestatem faciente Ottone Augusto IN FORMAM CASTELLI (sic verba sonant) munivit ut tuti à Barbaris & prædonibus habitaret religiosi, sub annum 946.

Arnulphus Abbas Imperatorum Ducumque Pontificumque favore & privilegijs auctior urbem munivit, mœnivit muro fossaque altitudine non contemnendis, anno 1153.

Joannes Abbas, 100. filiginis modis civibus dedit onus sternendi plateas in se suscepturis, anno 1414.

Opera urbis vix ulla memoratu digna. Turrim Gemblacensis horarij Otto de Davre, & portam majorem. Braxatorium urbis unicum Papinius struxit.

Fata urbis & adversitates præcipuæ sunt hæc:

Heribrandus Bratufpantium Comes D. Guiberti sororius jus aliquod in Comitatum Gemmelacensem sibi arrogans armataque manu occupans nascentis Monasterij exordia turbabat, sed accurrenti ad famam Guiberto cessit tantisper hominis motus reverentiâ, anno 950. aut circiter.

Quæ eadem Hunnorum laxatis per Arnulphi Imperatoris mortem audaciæ habenis Belgium sæda populatione vastatum à Gemmelaco impuras manus averit, anno 960. aut circiter.

Post mortem vero Guiberti anno 963. Heribrandus, quem dixi, hæcæpus & senis & affinis sui reveritus sanctitatem, modo nec Cæsaris auctoritatem, nec Pontificis diras formidans, oppidum & quæcumque in eo, sui juris facit, attractis in consilij & armorum societatem Namurcensi Comite & Florinensi Toparcha, & alijs etiam aliqua sanguinis communiione Guibertum tangentibus. Nec ad pacis leges devenire poterunt, licet tot fracti malis Gemblacenses, nisi Ottone Augusto annitente, Duce procurante, idque cum dimidia ferè bonorum jactura.

Circa 1100. Domicilium autem Abbatiale bello & igne insuper consumptum Lietaudus Abbas restituit.

Anno 1130. Postea dissidentibus inter se ob noni & novi Abbatis electionem Godefrido Lovaniensi & cognomine Namurci Comibus, per hunc & ejus complices municipium Gemblacense flammis absumptum est, bibliotheca & templo Abbatiae per miraculum illæsis.

Interjectoque aliquot annorum intervallo, nato aliapropter inter Brabantensem & Namurcæum bello, obsessum ab hoc Gemblacum, unaque parte suppositos ignes vento juvante totum in cineres quodammodo abiit, anno 1181.

Anno 1185. Iterum ab eodem Hannonum auxilijs adjuto ex improvise occupatum prædisque, ut nihil reliquum manserit, exhaustum est. Unde Namurci ditio Lucij Papæ supposita interdixit, donec religiosos in integrum restituisset.

Sub annum 1200. Urbs & cœnobium hoc modo deformata per Guibertum Abbatem ferè restaurata sunt.

Anno 1489. Bello Belgarum intestino incensæ à prædicatorijs omnes suburbanae domus, ne hosti commoda essent: obsessum ob hoste Gemblacum, ipsa Palmarum, sed post triduum recessum ab urbe, ferroque & flamma in vicinos agros grassatum.

Anno 1548. Belli francici tempore & Gemblacum & Argentonæ ab hoste incendio absumpta fuissent, nisi Prior loci vadem se pro 1700. Carolinis præbuisset: qui tamen vetante gubernatrice soluti non sunt.

Anno 1563. à rebellibus Regi, Auriaco Duce spoliatum, & pretiosa suppellectili orbatum.

Non multo post incendio fortuito pro bonâ sui parte deformatum ipso festo 11. virginum milibus sacro, anno 1568.

Cumque profugi ad mille quingentos, anno 1578. ex pugna, qua ordinum exercitus cum Joanne Austriaeo congressus succubuerat, Gemblacum divertissent, jamque res ad obsidionem vergeret, Lambertus Abbas per literas primò, tum per se factum purgans, & se & urbem & profugos servavit à damno & indignatione Principis.

Nec multo post tum Auriaci tum contagiosæ luis metu, dispersi religiosi, alius aliò exulatum profecti, paulatim unus post alium redierunt.

Quoad civitatem: Eius Dominium beneficio Imperatorum, aut Franciæ Lotharingiæque Regum penes Comites, aut ut alij, Barones fuit, ex nobilissima Austrasiæ Ducum stirpe procreatos.

Ex quibus fuit inclytus Rothingus,

Cui ex Gissa hæres fuit Litoldus.

Litoldi ex Osburga filius Guibertus & Gemblacum & ab eo dependentia monasterio suo ibidem transfersit.

Ex quo tempore non possessionem tantum sed & dominium absolutum nulli obligatum, cum immunitate à tributis & cudendæ monetiæ alijsque privilegijs Abbates Erluini à Guiberto constituti successores acquiriverunt.

Qui etiamnum Comitum honore insignes primum in ordinum Brabantiae confessu cathedram obtinent. Quibus ab Ottone permiffum Cancellarium ex suis sibi adfiscete & Advocatum quem vellent assumere.

An. 925. Electos dein video Aletranum qui Archigrammacei, Goderanum virum in clytium qui Patroni m̄nus obirent. *Subfignant ebariam donationis pradij d'Orp. an. 944.*

Huc successisse videtur Austridus D. Guiberti conlangvineus nisi quis dicere malit plures eodem tempore, quod licebat, Advocatos electos.

Cæterum, credo ut tutorem haberent magis potentem & adversarijs formidandum, Abbatis & fratrum rogatu Otto Imperator declaravit Lambertum Lovanij Comitem & successores eius Gemblaci Advocatos. *An. 947. demum eius nomen reperio cum longè ante constitutus sit.*

Quorum erat religiofos tueri & nihil præter gallinam unam, denarium unum, sextarium avenæ unum, singularum domum ratione quotannis recipiendum, in urbe aut territorio iuris habere. *Ex lite in curia mota contra D. Valhaini & sententia Philippi Ducis data 17. Augusti 1451.*

An. 1257. Peccatum contra prius aliquoties; nominatim, cum Aleidis Henrici tertij conjux autoritate in Gemblacum sua abuteretur, Gobertus ex Comite Asperi-montis Villariensis monachus equum raptim confcendens excussusque fortè & graviter læsus, ita cruentatus coram Duce apparuit; rogatusque authorem cum in ipsam D. Petri Gemblacensis oppugnatricem retorqueret culpam, Ducem ab iniquitate, monachos à molestia liberavit.

Jus hoc, aut verius proventus Patronatus Gemblacensis, hæredes Comitum Lovanienfium Brabantiae Duces; in vicinos Valhaini Regulos transtulerunt, certo pretio interveniente, qui in publicis scriptis tantum *Subadvocati* dicuntur.

Ex quibus Wilhelmus, cum plus urbi quam tueri debebat importunus esse Ducali præsentia & autoritate repressus est. *Ex literis Henrici Ducis dat. Gemblaci mense Sep. an. 1217.*

Iterum Wilhelmi hæredes præter eas & morem multa à territorio exigentes, plura minantes Ioannes Dux cœrcuit. *Ex literis Ducalibus roboratis 20. nobilitum sigillo. an. 1288.*

Sed pauò post ad antiquum rediens Valhaini Toparcha cum Gemblacenses sub signis suis vellet ad bellum proficisci, sententia Principis iterum cedere jussus est. *Ex edito Ioannis Ducis dato in Julio. an. 1348.*

Interjecto tempore Abbas contra eosdem longam sed indecisam litem suscepit ob captivos quosdam in *Ban-deset* per officiales Gemblacenses, quos ipfos præter ordinem, donec res per curiam decideretur, coactus est Abbas missos facere, Duce Gemblacensis terræ confiscationem interminante. *Ex vita Ioann. de Walhaino Abbatis, apud Pasture & Sombechum itemque exaltis in curia.*

Nec multo post, eo quod I. de Glymes Valhaini Dominus à quodam subdito Gemblacensis Prælati rogatus cogere vellet prætorum ad exequendum jus, lis in concilio proviociali mota & definita pro Gemblacensibus. *Per aia & consultationes & sententiam Philippi Ducis datam 17. August. an. 1451.*

Post Advocatum proxima imò summa oppidi dignitas villicus & scabini, per quos Prælati iudicio constitutos & ab eodem pendentes urbs ab antiquo gubernata. *Id refertur & confirmatur in litteris Venceslai & Ioannæ Ducum dat. an. 1593.*

Cives olim & majore numero & per opificum collegia aliquot dispersi.

Ex quorum parte nobiliori Otto de Daure arcus oblongi lignei instituit societatem. *Ex literis eius & juramenti præstiti formula. an. 1470.*

An. 1400. Arcus ærci, quem pedalem vocant, contubernium Ioannes Del Bare.

An. 1548. Capatulationum autem Collegium à Papinio Abbate exordium habet.

Solent & potandis ingenijs poetarum habere conventicula, quæ, ut alia multa, temporum vitio evanerunt.

AD rem Sacram pergo, cujus incumentum, si non initia accepta fetat, *neccesse est Guiberto suo Gemblacum.*

Eius opus est Ecclesia Parochialis, quæ in urbe unica est.

Olim monachis ad Sacra peragenda frequentata.

Donec ab Olberto Abbate altera in vicino extructa est. *An. 1020.*

Qui idem oratoria Doctoris gentium, Archangelorum Coryphæi. *An. 1080.*

Ioanois Evangelistæ crexit.

Cryptam Virgini matri inscriptam Tictmarus.

Sacellum Antistitis Martini Guibertus Abb.

Cæterum Parochialis semel cum reliqua urbe flammis absumpta est.

An. 1462. Pontificis autoritate monasterio annexa per unum ex fratribus administranda.

Denique visum consultius animarum curæ stabilem & secularem Parocum assumi, quod hodieque servatur.

Annectitur ab antiquo Parochiali curæ Archi-præbiteratus. 62. olim Pastores & quidem ipsius oppidi Namurcensis quatuor suæ jurisdictionis habens, quorum nunc vix medium servat.

Collapsa fortè & sibi & sacris testituta,

Abbatialis autem Ecclesia in parte, quæ præsbiterium complectitur, profanata, cum fortè testudo lapidâ corruisset, nemine, quod miraculi instar est læso omnibus in oculo præsentibus, Sacris restituta per Antonium Abbatem.

Abbatès porrò qui huic Collegio præfunt jam inde à prima sui institutione infulis & mitra usi, nisi quod Lambertus Abbas baculum eburneum, quo olim utebantur, in pedum mutasse argenteum perhibeatur. An. 1350.

Immediatè sedi Apostolicæ subiecti, ideoque quamvis olim Leodicensis nunc Namurcensis diocesis sit Gemblacum, tamen visitationem Episcopi nunquam passi sunt Religiosi.

Adeoq; cum Ioannes ab Erkel Episcopus eò quod Gemblacenses visitaturum ipsum in urbem admittere recusasset, armata manu eos invadere putaret, res per sententias Principum & Pontificis decretum sopita est.

Amplius ut esset qui in spiritualibus monasterij negotium ageret, Pontifex, S. Petri Lovanicensium Decanum Conservatorem declaravit privilegiorum loci, adjuvens D. Gudulæ Bruxellensis Decanum & S. Iacobi Leodicensium Abbatem.

Societatem cum 29. & amplius Ecclesijs jam olim Gemblacensis inivit, inchoatam à S. Viberto & Erluino & subinde ampliatam.

Quod autem dixi, solum Pontificem Gemblacenses agnoscere, postea mutatum est; cum Ioannes de Bronio, spe obtinendi ab eo auxilij, se & suos Episcopo Leodiensi & eius visitationi permisit.

Et postea maioris boni intuitu Arnoldus Abbas capitulo Brustfeldienti in Saxonia & eorum visitationi suum monasterium subjecerit.

Abbatès Vtraque Potestate illustres hoc ordine sibi invicem successerunt.

Erluinus Abbas insuper & reformator Lobienfis ob. an. 986. regiminis 63. Heriwardus frater eius ob. an. 989. Erluinus superiorum affinis ob. an. 1012. Olbertus Ledemensis nescias an doctrinæ an sanctitatis merito illustrior D. Iacobi Leodicensium & fundator & primus Abbas ob. 1048. Misach superiorum ut sanguine junctus, ita laborum comes ob. 1071. Tietmarus dubites an nobilior an prudentior ob. 1093. Licardus cujus opera clarum miraculis D. Guiberti corpus è terra in sublimius feretrum elevatum ob. 1115. Anselmus vario scientiarum genere instructus ob. an. 1138. Arnulphus ex S. Nicasij Rhemensium monacho advocatus ob. an. 1155. Peirus ob. 1156. Odo Duci nostro Charus ob. an. 1159. Ioannes titulo, ut voluit, non optimo dignitatem adeptus, plurimum testis calamitatum ob. an. 1198. Guibertus ante Florinensis Abbas doctrina sanctitate & scriptis clarus ob. an. 1208. Wilhelmus concilio Lateranensi interfuit, ob. an. 1229. Henricus vir summè industrius ob. an. 1233. Arnulphus, Wilhelmus, Godefridus brevis ævi Abbates. Ioannes ex Affligimensi Abba huc translatus ob. an. 1240. Ioannes de Bronio vir prudens & inclytus ob. an. 1259. Radulphus ex Hasbanica nobilitate ob. an. 1268. Arnulphus de Castris protector monasterij eximius ob. an. 1300. Godefridus ob. an. 1323. Arnoldus de Rosiers ob. an. 1346. Lambertus de Liroux ob. an. 1379. Nicolaus de Rupemont ob. a. 1399. Ioannes del Bare ob. an. 1421. Omnes claro stemmate nati. Ioannes de Valbaino illustri Comitum Baronumque semine oriundus ob. an. 1440. Ludovicus d'Oignies antea S. Ursuari Abbas vir undequaque magnus & reformandæ religioni aptissimus ob. an. 1457. Otto de Daure Toparchæ Mirlemontani filius clara Vicecomitum stirpe natus ob. an. 1477. Ioannes de Carniers ob. an. 1495. Ioannes d'Ittre ob. an. 1500. Post quem electi successivè. Otto de Vivario & Anthonius de Bossunes uterque ante inaugurationem vita sancti. Ita ut assumptus Arnoldus de Solbroneq; Athenensis antea Iardineri Abbas qui colabantem aliquatenus monasterij statum egregiè reformavit ob. an. 1511. Matheus à Floreffia ob. an. 1517. Anthonius Papinius literatus admodum nec minus pius ob. an. 1541. Ultimus eorum qui libero collegij suffragio assumpti. Post quem Cæsaræa præsentatione Arnoldus de Monte ob. an. 1549. Bernardus Feriet ob. an. 1557. Lambertus Hancart Athenensis, vir apprime eruditus & sacrætheologiæ valdè studiosus & amans: & qui sarcophagum Divi Guiberti affabrè fieri fecit ob. an. 1578. Ioannes Caverel ex monacho S. Vedasti ob. an. 1588. Ludovicus Sombachus non vulgaris eruditionis & humanitatis vir, eujus beneficio pleraque hujus loci antiquitatem tangentia mihi communicata sunt, Libri, schedæ, diplomata, cuj quibus superiora compilavi.

Encomium Abbatiae Gemblacensis.

Gemmam istam in Brabantia nostræ angulo, annulo dicere debebam, latentem, in horum temporum summo Gallis nostris minus fortasse ac par est æstimatam libet. ad bilancis examen revocare, & collatis quæ admirationi esse solent dotibus, veram cum posteris & præsentibus pretij rationem inire.

Locus is est quem Exuperij Marijque Martyrum, Magloni Antistitis, Guibetti fundatoris, unius item ex Parthenio Regalis Ursulæ sodalitis, unius ex illustri Gereonis collegio corpora reddunt omnibus suspiciendum.

Is est quem SS. Fortunati, Nicolai, Martini & aliorum reliquæ commendant. Is est quem hospitio suo & hospitij præmio casula inclytus hooravit Bernardus. Quem exilij tranquillioris sedem Episcopus unus, Prælati plures, vitæ quietioris portum Abbates tres positus infulis, Præpositi totidem, Canonici Ecclesiarum Cathedralium

thedralium diversi elegerunt. Cujus immediatè olim Pontificibus Romanis subje&ti curam Romanorum Reges, Protectionem Brabantiae Duces, Tutelam nobilissimi Belgarum Principes suscipere posse inter gloriae suae insignia titulosque referebant. Haec Brabantiae prima adyta, ubi religio illa secretior & sanctior quam monasticam vocamus primum sibi Princepsque delegit habitaculum. Unde tanquam ex virtutum integritatibusque omni diversorio singulis paene saeculis evocati qui aliorum quaquaversus monasteriorum declinantem statum suo confortarent.

Ita Erlunus ex Palatino Caesaris, Canonicus, ex familiari D. Guiberto, nascentis monasterij constitutus gubernator, à Raginerio Montensi Comite, ut Lobientis coenobij res componeret & disciplinam evocatus, primum Praepositi mox Abbatis titulo & potestate, illa in functione invidiam, convitia, cruciatus diversos, ad extremum oculis privari à discipulis (quos generis splendor supra religiosae vitae modum ellatos & freni impatientes in praecipis agebat) sustinuit, repulsusque ad suos senio & morbo gravis animam nihil inferior Martyre efflavit. Ita Olbertus ab Antistite Leodino multis precibus adductus Abbatiae S. Jacobi in insula primum exstitit fundator formatorque. Ita Guiberti cura Florinenses, Ioannis industria Affligimenses ad meliorem frugem revocati sunt, aut certè in bona conservati.

Ita Mathæo S. Andreae prope Brugas, Antonio Trudonopolitanum, Lamberto nostra memoria Heverlesse monasterium per aliquot ex suis in ordinem redigendum Principes aut Antistites commiserunt. Numerat hic locus ex Abbatibus 4. qui binis eodem tempore Abbatibus praefecti onus cum admiratione dubites an fructu majore expleverint: Papinium Clarevalensis, Wilhelmum Lateranensis Synodorum testes: Arnulphum ipsius Papae Innocentij manibus Romae inauguratum. Ut taceam Guiberto fundatori à Carolo simplice (testatur Richardus Archidiaconus Virdunensis l. 3. Antiquitatum Belgij) Leodicensem Episcopatum, majori gloria dubites an oblatum an contemptum.

De sacris dixi, addo quasi sacra. Vetus sacrarium Mularum, eruditionis scrinium. Belgicae antiquitatis fontem Gemblacum merito appellari. Cujus alumnis acceptum ferimus, quod popularium sanctorum res gestas tenemus, Comitum antiquorum facta imò & nomina habeamus, sacros codices fide optimè exaratos videamus.

Erat scilicet ab annis sexcentis extracta Gemblaci bibliotheca, erant qui scriberent, erant qui dicarent. Quoad res sacras infinita sunt volumina, quoad mixtos unus instar omnium Sigebertus, cui unus saeculi vitam suam debet Belgica, Poetas etiam non ignobiles fuisse docent varia hinc inde monumenta, quae & ego & mecum alij cum voluptate percurrerunt.

Oratores non qui in pulpitis tonare, aut vulgi aures demulcere soleant, sed Regum animis, provinciarum causis agendis aptissimi. Quales Arnulphus disertissimè apud Philippum Pulchrum regem Franciae pro Comite Flandriae usus oratione, & Lambertus operosa apud Hispanum Regem pro nobilitate Brabantorum fundus legatione. Jam quod Gemblacensium mores, disciplinam, scientiam haberent probata, frequenter ad diversa coenobia, divorsosque magnates erudiendos monachi hinc evocati. Testis Olbertus postea Abbas, qui Vormatiensis, Misach qui Leodiensis Episcoporum existerunt instructores, Anselmus in Altevillanensi & Launiaco, Vibertus in Florinensi Abbatibus Tyrorum facti moderatores.

Si libet & alia perspicere Abbates Comitum titulo Brabantiae primi immunitate gaudent 2. Caesaram, 3. Regum, Ducum 5. privilegij & immunitate roborata, Monachi olim claris natalibus bene multi, Praelati per 200. ferè annos nulli nisi illustri loco nati, Principibus chari, ordinibus accepti. Opes olim planè Regiae nunc temporum vitio ne umbram antiqui splendoris referentes. Locus olim solitarius & secretior vitae oportunus, nunc haud inelegans, quem nec apricum nemus, nec pascua laeta, nec faecundus ager destituit. Numerus monachorum subinde major centenario fuit, ex quibus gregi Dominico praecelaram navant operam assidue 13. Addam viri magni elogium ante has civiles turbas enunciatum. Ait ille: *Vix cum maribus optimis pietatem imbibere? Gemblacum vade. Vix erudita comercia & sacram supellestem tractare? Gemblacum vade. In quo finio.*

Haecenus ista ex Gramaio, quibus addere placet Rescriptiones Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. in quibus legitur.

Gemblacum dimidia Ecclesia Rector ejus est Abbas Monasterij Gemblacensis S. Petri, deservitores sunt &c. sub onere quinque Missarum hebdomadatim absque Dominicis diebus. Valet xlvij. modios speltæ, bona consistunt in Decimis grossis & parvis.

Altare B. Mariae sub imagine Crucifixi &c. valet tres modios.

Altare S. Eligij &c. valet tres modios.

Altare SS. Nicolaj & Servatij &c. valet viij. modios speltæ.

Altare B. Joannis Evangelistæ &c. valet quatuor modios speltæ.

Altare SS. Jacobi & Christophori &c. valet tres modios speltæ.

Altare xi. millium Virginum &c. valet tres modios speltæ.

Altare S. Nicolai in hospitali &c. valet xij. modios speltæ.

Infra Metas.

Capella B. Mariae Leporosorum &c. valet xxv. modios speltæ.

Capella

Capella in *Foier* &c. valet iv. modios speltæ.

Capella Gorgonij in *Lyroux* &c. valet duos modios speltæ.

Capella S. Nicolai in *Harton* &c. valet tres modios speltæ.

De Gemblacensi Comitatu.

Quod hujus Comitatus partes in triplum plures faciam, inquit Gramaius, quam nunc sit Gemblacensis terræ, ne quis arbitretur me sine authore facere, noverit me nomina singulorum ex M.S. codice habere, cujus mihi copiam fecit Illustrissimus Comes Bauffigniacensis, noverit etiam me P. Divæum hanc Comitatus Gemblaceni amplitudinem probasse. Et certè, ut meam opinionem dicam, licet existimem scriptores illos potuisse in errorem trahi, ex eo, quod videntes Montis Vibertini Dominium penes Gemblacenses esse, crediderint omnes qui Præfecturæ dicti Montis subcensentur pagi, eodem spectare, tamen negare nolim magnam eorum partem è B. Guiberti patrimonio esse, certus plusquam dimidia bonorum parte per importunitatem affinium D. Guiberti Gemblacensibus olim excidisse. Primo loco hic adscribam, quæ & fuerunt & adhuc censentur partes Dominiij Gemblacensis. Hactenus Gramaius.

PRÆFECTURÆ GEMBLACENSIS.

CAPUT I.

De Dominio & Pago Lyroux.

LAmetsi, *Lyroux* Gramaio *Liberolium*, cum aliquibus vicinis locis, Joannes Baptista Gramaius, paucis perstringat verbis, proferenda tamen, is itaque Scriptor *Vallis-Vicennis*, *Liberti-Campus*, & *Liberolium*, inquit, *Prætorum Paracumque urbanos habent.*

Produximus supra in descriptione Monasterij & Oppidi Gemblacensis Rescriptiones Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511. inque iis legitur, Gemblacum media Ecclesia, &c. Infra metas ejus Capella Gorgonij in *Lyroutx* &c. valet duos modios speltæ &c.

Cæterum VAULVICENET, à Gramaio *Vallis-Vicennis*. BERTICHAMPS, *Liberti-Campus* appellatur.

CAPUT II.

De Dominio & Pago Grand Manys.

Maniacum, inquit Gramaius, duplex, in sacris alterum Lezij, alterum oppidi appendix, suos Prætores & Scabinos habent. Hæc de loco isto Scriptor ille, plura nobis non suppetunt; de altero Mauiaco *Pætie Manys*, egimus in Præfectura Montis Sancti Wiberti, lib. tertio cap. XLII.

CAPUT III.

De Dominio & Pago Ernage.

Ernagia, *Curtile* sive *Curtiacum* & *Savanella*, inquit Gramaius: *Licet appendices Cura urbana, separatos tamen Pastores habent.*

De ERNAGIA legimus in Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511.

Ernaige juxta Gemblacum, Ecclesia filialis ab Ecclesia Gemblacensi, &c. Sub onere Dominicis diebus & semel in septimana Miss. valet xiv. modios speltæ, in terris, censibus, & Anniversarijs.

Altare S. Johannis Bap. ibidem, &c. valet v. modios speltæ, sub onere unius Miss. in hebdom.

Afnaiga in diplom. Ottonis, hodie *Ernaige* & *Erfnaige*. Vide suprâ cap. xvi.

CAPVT IV.

De Dominio & Pago Cortys sive Courtil.

Dedimus capite præcedenti pauca illa verba quibus Gramaius perstrinxit *Curtiacum*, nec habemus quæ istis addere, nisi quod legamus in Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1511.

Curtis juxta Gemblacum, Ecclesiæ filialis ab Ecclesia Gemblacensi, & Altare B. Katharinæ pridem annexatum &c. valet xvij. modios speltæ, sub onere unius Missæ in septimana absque Dominicis diebus & festiuis. Bona consistunt in terris & Anniversarijs.

In diplom. Ottonis, reperitur *Courtis*, *Curtily* dictum. Vide suprâ cap. xvi.

CAPVT V.

De Dominio & Pago Saulvenier.

Patuit ex iis quæ produximus capite III. ex Gramaio, quod *Savanella* licet appendix Curæ Urbanæ, separatum tamen Pastorem habeat. Idemque Scriptor de eodem ioco ait: *Immunitate à tributis & contributionibus gaudet. Cujus privilegij dum causam curiosè indago, intellexi Wenceslao Duce in Brabantiam primò venienti ab incolis itum obviam cum tympanis & apparatu specioso, Ducemque remuneratum hoc eis indulcisse.*

In Rescriptionibus Curatorum ac Confratrum Concilij Gemblacensis pro anno 1552. legitur.

Saulvenier Ecclesia filialis Ecclesiæ Gemblacensis &c. sub onere Missæ diebus Dominicis & Festiuis valet xiiij. modios siliginis, in terris arabilibus.

Altare B. Mariæ Virginis &c. sub onere unius Missæ in hebdomada valet vj. modios siliginis.

Altare B. Annæ &c. valet v. modios bladij sub onere unius Missæ in hebdomada. *Hæc ibi.*

In Rescriptionibus autem anni 1559. legitur Altare Sanctorum *Anna & Cornelij* &c. Verùm antiquiores Rescriptiones, quarum plurima exemplaria in collectaneis meis asservo, S. *Cornelij* non meminerunt.

In diplom. Ottonis *Saulvenier* dicitur *Salvenieris*; vide suprâ cap. xvi.

CAPVT VI.

De Dominio & Pago Lonzéé.

Posteaquam Gramaius (cujus verba dedimus Capite præcedenti) retulisset privilegium exemptionis Tributorum, à Wenceslao Duce pago Savanellæ concessum: prosequendo ait: *Simile & ob similem causam gaudet, LONZEA beneficio, in sacris Gemblacensis Ecclesia filia, ubi Argentonensis Cisterciensis instituti feminea Abbatia, salis initio propagata. De Abbatia illa mox dicetur.*

CAPVT VII.

De Origine & Progressu Cænobij Argenton Ord. Cister. Abb.

Argentonæ in finibus agri Namurcensis monialium Ordinis Cisterciensis Abbatia, circa Gemblacum, anno m. cc. xxix. à Guilielmo *Harentony* Domino & *Ida* ejus conjuge condita, Guilielmo *Parwisij* Domino, & Joanne Episcopo *Leodiensi*, approbantibus, ut patet ex subjunctis eorum diplomatis.

Universis

Univerſis Chriſti fidelibus Willelmus de Harenton & uxor ejus . . . univerſitati veſtræ notum facimus, quod nos contulimus in eleemofynam conventui monialium, quæ conſilio noſtra ſe tranſtulerunt de Grandivalle ad locum qui dicitur *Argenton* propè *Harenton*, omnia bona noſtra quæ habemus apud prædictum *Harenton*, tam in agris quàm in pratis, nemoribus, molendino, vivario, redditibus, cenſu & domibus, exceptis ſeptem bonarijs terræ arabilis, quæ contulimus Eccleſiæ de Gemblaco.

In cujus rei teſtimonium præſentes litteras ſigillo Domini Jacobi quondam Aconenſis Epifcopi fecimus ſigillari. Actum anno m. cc. xxxi. menſe Maio.

Ego Godefridus Dominus de Peruez, Ducis Lotharingæ fratris filius. Notum facio, quod *Willelmus de Harenton* & uxor ſua *Ida* de licentia mea in eleemofynam contulerunt domui de *Argenton*, Cifterciensis Ordinis, Leodiensis Diœceſis, terras, aquas, ſilvas, prata, & ædificia cum molendino & rebus alijs, quas habent & habituri ſunt apud *Harenton*, nihil mihi juris, nihil ſibi vel ſuis hereditibus reſervando, præter uſumfructum, quem dicti *Willelmus* & *Ida*, quamdiu vixerint, tantum ſibi reſervaverunt, & ſeptem bonaria terræ, quæ jam dicti *Willelmus* & *Ida* domui Gemblaceni tenentur assignare poſt obitum ſuum, jure perpetuo poſſidenda. Præterea etiam omnibus innotefcat, quod voluntate noſtra & aſſenſu filiz Domini Thomæ militis de *Smechim*, Clara & Achias, domum monialium de *Harenton* poſſunt intrare, & ibidem de licentia noſtra habitum aſſumere monialem. Datum anno m. cc. xxx. feria iij. poſt feſtum B. Laurentij.

Joannes Dei gratia Leodiensis Epifcopus notum facimus, quod domum monialium de *Argenton*, Cifterciensis Ordinis, & locum ipſarum ſub noſtra protectione recipimus; donum quod eis contulit *Willelmus de Harenton* & *Ida* uxor ſua, auctoritate noſtra confirmantes. Datum anno m. cc. xxxii. menſe Auguſto, feria vj. poſt feſtum B. Laurentij.

Exhibentur præſata Diplomata ab Auberto Miræo in Notitia Eccleſiarum Belgij cap. cci. & poſtremum à Chriſtophoro Butkens in Probat. ad lib. viij. pag. 226. & ſeq. idque paulò extenſus.

Joannes Baptiſta Gramaius, deſcribit Argentonam his verbis:

Argentona Cifterciensis inſtituti feminea Abbatia tali initio propagata.

Guillelmus de Harenton & *Ida* conjuges advocatis è grandi valle virginibus Cœnobium inſtituti Cifterciensis fundarunt, assignatis ei quæcumque in *Argenton* poſſidebant agro, villa, cenſibus, authoritatem faciente *Parwetano* Toparcha.

Ubi numerus virginum juſtus olim fuit, & diſciplinæ regularis obſervantiam maxima. Adeoque hoc cœnobium per 2. cenſeſſores Villaticenſes directum & exempla & initium dedit ſaluberrimæ reformationi per omnia loca invecſæ.

Per has turbas incendio abſumptum, proſectis in exilium Veſtalibus. Quæ licet plurimum cum paupertate luçtantes, nihil tamen de veteris obſervantiæ diſciplina remiferunt.

Hactenus Gramaius; Porrò Auguſtinus *Wichmans* ſcribens de hoc Cœnubin, in ſua Brabantia Mariana, ſolebant autem, (inquit) Moniales hujus loci antiquitus Abbati Villarienſi tamquàm Patri ſuo ſubefſe: ſed modò Alenſem recognolcunt. *Hac ibi.*

Cæterum, non ſolum ſæculo ſuperiori, ſed nuperis annis dum variarum gentium exercitus tractum hunc vaſtarunt, cœnubin bellorum malis attrito, miſeranda rerum facies fuit. Sed prudenti directione, Annæ *Catharinæ* *Copin* nobili genere natæ, hodiernæ Abbatiffæ, reviviſcit.



LIBER VI.

Continet Præfecturas Aincuriæ, Dongelberghæ, Melinij, Gestæ S. Joannis, Gestæ Geronpontis, seu Vironpontis, Jacheæ, & Oppidum Geldonenſe cum appendicibus.

CAPUT I.

De Dominio & Pago Incourt.

DETRUS Divæus Rerum Brabantiarum lib. 1. cap. vi. Est, inquit, inter Romanduos vicus insignis *Eincuria*: D. *Reginulfa* corpore ac vitaculis clarus, ubi patrem ejus Adonem virum in palatio Francorum nobilissimum habitasse, ac loco nomen dedisse, ut Adonis, Curia diceretur, opinantur: meminit *Reginulfa* Sigebertus in gestis anni 643.

Ioannes Molanus in Natabilibus Sanctorum Belgij ad 14. Julij fatur hujusmodi. In *Aijcuria* natalis sanctæ *Ragenulfa* Virginis. Quæ temporibus Dagoberti orta est in *Brumbazia* Hasbanæ villa, ex patribus genere inclitis & religione Christianis, quorum nomina fuerunt Aius & Aia ut non nullorum fidelium asserunt testimonia unde *Aij-curtis* nomen remanet. Porro filia à tenera ætate senilia exsequebatur opera. Vigeant enim in ea affabilitas, temperantia, justitia, longanimitas, clemensina, abstinentia, patientia, humilitas, mansuetudo, pietas. Erat charitate non ficta, fide robusta, stabilis spe. Quam cum Ebroinus adolescens ad connubium postulatet & parentes nolentem urgerent, diemque nuptiarum præteriberent, illa Christi sponsi sui amore languens, in eodem proposito prævias cognatas suas sanctas *Aldegundem* & *Gertrudem* sequi voluit. Undè instanti die nuptiarum, cum una ancillula ad vicinæ silvæ latibula confugit, optimam cum Maria partem eligens. Cæterum fidele ejus propositum Deus compendio remuneratis est sine, nolens eam diu pondus diei & æstus tolerare. Paulò enim pùst, quæ studuerat Angelorum vitam imitari, eorumdem ministerio ad cælestem subvecta est paradisum. Mox autem parentes omnibus cognitis, de commissa in eam injuria, poenitentiam egerunt & membra honestè tumulavit: & processu temporis super tumbam eius Ecclesiam suis ædificaverunt stipendijs. Quo in loco, ejus meriti habebantur liplana, frequentibus miraculis ostendit divinitatis clementia, & hætenus ex propriæ Ecclesiæ officio. Porro Sigebertus Gemblacensis chronographus memoriam eius celebrat ad annum sexcentisimum quadagesimum *Aijcuriæ* in Gallica Brabantia, sed *Canonicorum collegium* inde translatum est Lovanium ad Sancti Jacobi Basilicam, anno millesimo quadringentesimo, quinquagesimo quarto. Teutones vocant eam *Sinte Rainoffele s' Eincourt*.

Habet autem *Ragenulfa* in *Aij-curia* fontem, unde hydrofici & alij languentes sæpius remedium acceperunt. Præterea porro annuæ processionis in festis Pentecostes, incolæ feretrum ad fontem dictum deferunt, & aquas illas ut plus efficacitæ merito *Ragenulfa* habeant, attractu feretri avita ceremonia sanctificant. *Hæc ibi.*

Eadem fere habet *Aubertus Miræus* in fastis Belgicis & Burgundicis, præterquam quod non dicat Sigebertum chronographum meminisse *Ragenulfa* in gestis anni 643. satis gnarus ea quæ de illa leguntur in eius chronicis, à racematoribus adjecta, ideoque *Miræus* in suo exemplari quod ad autographum veteresque codices manuscriptos comparaverat, illa aliaque multa minori caractere excudenda curavit, ut tali signo indicaret, ea aut *Gemblacensi* in codice domestico non reperiri, aut recenti manu esse agglutinata quod hic obiter notandum existimavi.

Cæterum non capio cur dicatur à *Molano*, S. *Ragenulfa* in eodem proposito prævias cognatas suas Sanctas *Aldegundem* & *Gertrudem* sequi voluisse, cum ante illarum conversionem ad vitam monasticam mortua anno 643.

Gramæus describens districtum sive Præfecturam Aincurtensem tradit sequentia, citatque *M. scrip. vita S. Reginulpha* in S. *Jacobo Lovanij*. *Adon-curia* ab Adone Geldonenſi Comite nomen haud dubiè servat quem eundem esse voluit cum *Radulpho viro nobili & potente* patre S. *Reginulphæ*. Hic cum nullam ex *Gilla* uxore prolem reliquam haberet, defuncta, (quæ virginitatis servandæ, & vitam sanctiorem amplectendi gratia relicta parentibus in secreta sylvarum profugerat, ubi Deus vitæ eius sanctitatem post mortem miraculis confirmavit) *Reginulpha*, Ecclesiam suo in alodio struxit, quæcumque in vicino possidebat aram S. *Lamberti Leodicensium* obtulit, idque in usum 12. *Canonicorum* anno 1036. Ex diplomate *Reynardi* Episcopi data indit. 3. pridie cal. Decemb. anno regni *Conrardi* 14. in urbe *Legia* id est *Legia* pro qua *Molanus* *Lugia* scribit.

Iusto interim tempore elapso & necdum executioni mandata priorum voluntate conjugum, Antistes *Leodiorum*

diorum conscientia urgenti satisfacere visus relictam hereditatem partitus est; ita ut altera eius pars Abbatiae S. Laurentij assignaretur, altera Canoniorum Collegio, quod ipsum à patrono Abbate dependeret an. 1179. Ex *dipl. Henrici Episcopi Leodiensis*. Vixerunt hic Canonici olim regulariter & denique facta partitione census singuli suos habere ceperunt an. 1205.

Statuta autem quæ hodieque in usu sunt capitulariter instituta sunt. Ex *prafatione eis præfixa an. 1355.*

Quæ Capitulumque totum Eugenius Papa reformavit an. 1444.

Anno 1454. Nicolaus Lovanium in S. Jacobi Parochialem Ecclesiam transtulit. Ex *bullis hæc de re datis, per thesaurarium Capituli ut alia omnia mihi ostensis.*

Libertatem amplissimam Obertus Episcopus primus dedit an. 1142.

Reynardus Henricum Comitem Lovaniensem dedit Advocatum anno. 1036.

Capitulum magno loco natos olim plures habuit. Ex Opperbasij Daniælem Decanum anno 1396. Theaurarium Franconem Dongelbertum anno 1302. Doctrina celebres habuit Jacobum Bayum S. Th. Doctorum eximium nuper. Simonem de Busco olim Canonicum cuius vidi speculum virtutis.

Fuit hic olim celebre Beginasium, olim Abbatia Villariensi commissum, fuit & Nosocomium insignis & facilla in circuitu aliquot. Gavisa fuit olim Aincuria jure municipij, unde lego in testamento D. de Dongelbert *Heschevins de Francke Vil de Aincourt.*

Hic observa *Hebdomadarios* perpetuos id est ad vitam fuisse & inter dignitates fuisse in Capitulis olim. Unde legis testamentum *Petri de Busco Ducis presbiteri hebdomadarij Ecclesie Aicuriensis.*

Walterus de Trudonis homo liber, dat libera donatione per manus Godefridi Ducis (nota est liber tamen quia vassallus opus erat Patroni auctoritate) *ad altare S. Petri in Ayuncurth partem prædij &c.* Quod annotandum utpote phrasi & more antiquo.

Hactenus Gramaius. Porro quoniam noscere principia rerum, omnes avidè cupimus, istis nos addemus diploma erectionis prædicti Collegij Canoniorum Aicuriensium quod inde postea Lovanium ad S. Jacobi ædem anno 1456. est translatum, juxta decretum Nicolai V. Papæ pridem datum, ut assentit Aubertus Miræus in Notitia Ecclesiarum Belgij cap. lxxxv.

Reinardus Leodiensium Pastor indignus: omnibus in Christo pax multiplicetur. Vir nobilis *Radulphus* cum conjuge sua *Gisla*, possessionibus hujus sæculi abundantes, sed de fructu carnis suæ heredem nullum habentes. Consilium Evangelicum simul acceperunt, ut facerent sibi amicos de rebus transitorijs, qui eos in æterna tabernacula recipiant, & servos Christi, imò ipsum Christum heredem suum designarent.

Itaque constructa Ecclesia in proprio territorio, in villa quæ vocatur *Aincourt*, omnes suas possessiones eidem contulerunt, ad usum videlicet XII. Canoniorum. Quod cum nostro consilio perfecissent, venerunt ad nostram civitatem, & illic tradiderunt S. Mariæ & S. Lambertio medietatem Ecclesie, & dimidium alodium, cum omnibus facultatibus suis, & *Bronbas* quæ sunt sitæ in Comitatu *Dunglebere*, & *Holtam* quæ est in Comitatu *Stappes*, & *Wolmeris* cum dimidia Ecclesia, quæ jacet in Comitatu *Brunengurt*, & *Chierberghe* cum integra Ecclesia in Comitatu *Anguers*, & aliam integram Ecclesiam de *Opprebais*. Horum omnium traditionem fecerunt ambo. *Radulfus* & uxor sua *Gisla* ad altare S. Lambertii, me ipso *Rainaldo* Episcopo præsentem, cum pluribus nostris fidelibus, Canonicis & nobilibus laicis, quorum præcipui isti fuerunt,

Rotfridus Archidiaconus, *Waizo* Præpositus.

Nitzo Custos, *Gerardus* Archidiaconus, *Comes* Gilbertus.

Comes Henricus, quem super hoc fecimus Advocatum.

Godefridus, *Wolurardus*, *Gumbertus*, *Bernerus*, *Griboldus*,

Gislanus, *Fulcwinus*, *Algifus*, *Liezelius*, *Girardus*.

Lanzo, *Balduinus*, *Ioannes*, *Helfridus*.

Actum in urbe Legia, pridie Kal. Decembris anno Dominicæ incarnationis, millesimo tricesimo sexto, Indictione quarta, anno autem regni Chuoanradi Imp. quarto decimo.

Hæc ibi, sed plenius extat hoc diploma lib. II. diplomatum Belgicorum cap. xxvii. nobis fuisse illud contractus descripsisse, qui plura desiderat de translatione hujus Collegij consulat Lipsium & Vernulaum in Lovanio: operis nostri vasta moles est, & amanuensi non utimur.

Cæterum illud mirari incidit, Aubertum Miræum in annalibus Belgicis scripsisse ad annum 643. Aicuriense Canoniorum Collegium, à *patre S. Reginsla seu Ragenusla fundatum*, cum clare appareat ex diplomate Reinardi seu Rainaldi Leodiensium Episcopi supra exhibitio. atque à Miræo vulgato locis citatis, id factum à *Radulpho cum conjuge sua Gisla* anno M. xxxvi. hoc est quadringentis fere annis post tempora *Ragenusla*, cujus patrem *Diveus Adonem* vocat, Molanus *Aium*, matremque *Aiam*. Nisi forte Gramaius secutus, qui *Adonem* esse vult cum *Radulpho* huncque patrem S. *Raginsla*, porro semper obstat ratio temporis, cujus rot sæculorum intercapedo, rem non verisimilem facit, movitque forsitan Miræum ut postmodum scriberet in suo chronico Belgico ad prædictum annum 643. hujusmodi; *S. Reginsla virgo claret, & quiescit in Alcaria Gallo-Brabantie vico; ubi olim Canoniorum fuit collegium, ab eiusdem patre incubatum.*

Sed omnibus consideratis, arbitror præfatum Canoniorum Collegium non fuisse fundatum aut incubatum à patre S. *Ragenusla*, sed à *Radulpho* cum conjuge sua *Gisla*. Nec intelligo qua ratione ab hac sententia debeam discedere. Rem istam discutendam relinquo amicis nostris Reverendis PP. *Danieli Papebrochio*, *Francisco Baertio*, & *Conrado Janningo*, Societatis Jesu Presbyteris, *Ioannis Bollandi* & *Godefridi Henschenij*,

in conscribendis Actis Sanctorum discipulis & successoribus, quando pervenerint ad historiam vitæ S. Ragenusæ, cumque habeant instructissimam bibliothecam (qua interdum eorum benevolentia utror) non dubito quin explicatione dilucida, doctisque suis commentarijs vitam illum illustrabunt, pari felicitate, quâ multa & difficillima Sanctorum Acta enodatunt.

Haræus in Annalibus Ducum seu Principum Brabantiae S. Ragenusæ non meminit, quod equidem miramur, cum in cæteris satis accuratus. Bartholomæus Fisen in historia Ecclesiæ Leodiensis celebrat memoriam eius ad annum 647. tribus annis tardius quam oporteat.

Christophorus Butkens Trophæorum Brabantiae lib. 111. cap. 11. producit præfatum *Radulphum* his verbis: *Raoul Sire d' Aincourt* &c. Porro non arbitramur eum posseditisse supremam jurisdictionem loci, quam in antiquissimis codicibus Camerae rationum Ducatus Brabantiae, ad Principem eiusque patrimonium attinuisse legitimus in annum 1644. quando Philippus IV. Hisp. & Indiar. Rex illam abalienavit, uti docent advertaria dictæ Camerae, quæ ita habent: *Incourt & Longueville furent engagez le 4. May 1629. pour 3000. flo. & vendues absolument le 13. Janvier 1644. au Sr. de Hemskercke pour autres 4000. flo.*

Ioannes Blondeau in Commentarijs suis de Gallo-Brabantia scribit: Vers l'an 1225. le Duc Henry I. octroya à ceux de la Mayerie d'Incourt la communication de plusieurs privileges & immunitéz jadis concedées à ceux de la Ville de Louvain. Quod hausit ni fallor ex Christophoro Butkens, isque ex Divæo, cujus verba hæc sunt. *Anno millesimo ducentesimo vigesimo quinto basilica D. Michaelis Lovanii corruit, & Henricus Dux incolis Encurie (Incourt) Lovanienis quibusdam privilegys uti concessit. Charta Lovanii datâ, signatâ ab Arnaldo Nobelo, & Valtero Casare Equite Coss. Salomone à Bolleburna & Meifont Scabinis. Sed dum pro more suo Scriptor ille, nomina propria familiarum Latine consuetudini tradit, lectori incognita obviunt, qua in re multi scriptores errant, ut devinandum sit quos homines gentesque velint, intelligantue, seu mente percipiant.*

CAPVT II.



Castellum Maleve

De Dominio & Pago Maleve.

Ioannes Baptista Grammaius scribens de Præfectura Aincurtensi, sunt, inquit, in hoc tractu Domina priora nota Malevia & Dongelberga utraque veteri Prætorio insignis. Illa Abbate Villariensi presentante curatorem animarum

rum accipit : & celebres habuit Toparchas, maximè ex quo in Graviam & Tacensem familias nuptiarum titulo transiit. Raza autem Gravias & Agilius Tacensis Arnolfo de Coelwaten ex Baronibus Hasbaniã transferre : anno 1448. Cujus filius aut nepos Guillelmo Stradio vendidit anno 1498. & Stradiorum è gente Ludovicus a Rege suprema jurisdictionis titulum acquisivit anno 1560.

Idem Scriptor agens de Cœnobio Villariensi ita fatur : ut autem magis ampliter constet de nobilibus in Villare & cleri populique affectu ; subijciam nomina eorum qui sacella quaquaverfus templum coronantia dotarunt ibidem sepe sepulti.

Primi fundator est, Gertrudis & Moriazarib, 2. Rixa de Sombreffe, 3. Clementia de Malevia, &c. hæc ibi.

In Necrologio Villariensi quod mihi benignè communicavit Abbas Nevan Stralen, legimus ad 15. Septembris Anniversarium Domina Oda de Malevia.

Et ad 11. Octobris Anniversarium Reyneri militis de Malevia.

In Prælio Woringano pag. 144. Balduinus de Gravia Dominus de Maleve, filius quondam Domini Gilberti, factus oppidanus Bruxellenis anno 1376. Razo de Gravia eius filius, tenet Dominium in Eps, item Maleve sicut Gilbertus de Grave illud tenuit, & bona de Wolfshage.

Finis diplomatis Ioannis IV. Brabantæ Ducis quo declarat Abbatem Parensem esse perpetuum & hereditarium Capellanum Ducis Brabantæ anno 1416. ita habet :

Per Dominum Ducem, Domino Henrico de Burgis Domino Grimbergenfi & Domino de Melino, & Henrico Domino de Heverle, militibus, ac Rafone de Graven Domino de Maleve, Raynero Moers, & Henrico de Werthusen, nonnullisque alijs de Consilio presentibus. DE DINTER.

Vulgavit prædictum Diploma Aubertus Miræus lib. 1. Donationum Belgicarum cap. cxxxv.

Ioannes Eloudeau, in Commentarijs Gallo-Brabantæ describit Maleviam, his verbis :

Le Village de Maleve à communiqué son nom, à une ancienne famille bienfaitrice de l'Abbaye de Villers. On trouve aussi Regnier de Maleve, qui l'an M. cc. lxx. fut tesmoing à une donation faite par Gerard de Louvain Seigneur de Grimbergh. Barkens lib. viii. cap. ii.

Depuis la Seigneurie (qui est Fief de Brabant) est entrée par alliance dans la famille de Grez ou van Grave, qui passé plusieurs siècles, à rendu le nom de Raze si familier que l'on a de la peine d'en trouver la suite.

Divaus lib. 1. cap. iv. parle de Raze de Grez, qui fut Seigneur de Maleve & de Sainte Marie, Village contigu. Raze Seigneur de Maleve procrea Raze, qui espousa Marie fille de Jean heritiere de Heverlé, par trespas de Henry son frere Chambellan hereditaire de Brabant : qui vers l'an M. cccc. l. vendit Heverlé à Antoine de Croy, ne sachant s'il en fit de meisme de la terre de Maleve, qui apres luy at appartenu à Gille de Jausse, lequel l'an 1448. la ceda à Arnould de Corswaren, dont le fils ou neveu la vendit l'an 1498. à Guillaume de Stradio Chir. qui l'an suivant fut fait Chancelier de Brabant, & s'acquitta l'espace de cinq ans loüablement de cette charge.

Antoine Sanderus in dissertatione de eminentioribus quibusdam Catholicis Regis in Belgio Concilijs, le nomme : Dominus Wilhelmus Stradio, Eques, Toparcha de Orbais & de Maleve.

Et Hubert Loyens Secretaire du Conseil de Brabant, en ses Eloges des Chanceliers, l'appelle Seigneur de Maleve, Orbais &c. Je croy qu'il eut pour fils Henry Stradio, duquel se voit ou voyoir l'epitaphe en l'Eglise des freres Mineurs à Bruxelles, sur une tombe de pierre bleüe pres l'Autel de Sainte Barbe, qui est tel :

Hic jacet nobilis & famosus Dominus Henricus de Stradio, de Orbasio & de Maleve, Dominus temporalis, qui obiit prima Septembris 1557. Et Illustris Domina ejus conthoralis Domina Isabella de Mengerscruyt, filia insignis ac nobilis militis Domini Ludoci de Mengerscruyt quæ obiit 2. Octobris 1535.

Sur laquelle sont gravez leurs respectifs quartiers, sçavoir : Stradio, Wallain, Tseraëris, Baronaige, & ceux de Mengerscruyt, Moerkereke, Winnesiele, Briarde.

Louys de Stradio succeda & rendit cette terre plus illustre, par l'achapt qu'il fit de sa haute justice l'an 1560. Il fut Grand Bailly du Wallon-Brabant, deceda la predite année, laissant enccinte Margarine de Bergh-Grimbergh la compaigne qui acoucha de Jeanne de Stradio, & estant vefve espousa en secondes nopces Pierre de Salmier Seigneur de Brinnaigne &c.

Jeanne de Stradio Dame de Maleve &c. La veulle de S. Simon & Jude l'an 1580. espousa N. de Wignacourt.

Hæcenus Scriptor ille, idque satis accuratè, uti patet ex iis quæ leguntur de Malevia in primario Codice feudorum Gallo-Brabantæ, suntque ista :

Extrait du Cheff Registre du Quartier de Wallon Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale Brabant ou que se trouve sous la Capitulation de Maleve folio cxxviiij. recto & verso ce que s'ensuit.

Messire Ferdinand de Wignacourt fils de Henry soubsecript par donation de sondit Pere en vertu du contract de mariage 20. December 1686.

Jonker Henrick Wignacourt Heere van Maleve 8. October 1626. by doode wylen Heer Philips de Wignacourt onderfz.

Damoiseau Philippe de Wignacourt Seigneur de Maleve, Orbais &c. le ix. de Juillet 1612. par le trespas de Dame Marguriete de Grimberge sa grande Mere soubsecripte.

Dame Marguriete de Grimberghes veue de feu Messire Loys de Stradio ij. May xv.° lxxvij. par le trespas dudit feu Messire Loys de Stradio son Mary soubsecript.

Messire Loys de Stradio Chevailler le xv. jour d'Octobre l'an xv.° lviij. par le trespas de feu Henry de Stradio son Pere soubsecript.

Henry de Stradio le dernier jour d'Aoust l'an xv.° & iiiij. par le trespas de Messire Guillaume Stradio son Pere.

Maistre Guillaume Stradio le xj. jour de Juing l'an xiiij.° iiiij.° xviiij. par achapt fait a Rasse de Corfworm & Damoiselle Katherine de Dongelberge sa Compaigne.

Rasse de Corfworm le xv. jour de Septembre l'an xiiij.° lxxix. par le trespas de feu Messire Ernoul de Corfworm Chr. son Pere.

Ernoul de Corfworm le vj. jour de Decembre l'an xiiij.° xlviiij. par le transport de Rasse de Grez & Gilles Seigneur de Jauche.

Gilles de Jauche, par le transport de Ernoul de Grez l'an xiiij.° xlviiij.

Rasse de Grez son filz.

Baudechon de Grez. Tient la terre de Maleve avecque toutes ses appartenan. Aavoit la maison de Maleve avec les Jardins, Viviers, Moulin à ban lx. bonniers de terre labourable gisans en plusieurs pieches. Item en cens Seigneuriaux au jour de Saint Estienne xxxj. l3. cent quarante deux chappons, à Pasques iiiij. l3. Au jour de Saint Jehan ij. liv. xix. l3. Loven. Au jour de Saint Remy xiiij. l3. vj. d. Loven. Et au jour de Saint Andrieu ij. l3. v. d. & iiiij. muys d'avaine sur plusieurs bonniers gisans en laditte Seigneurie. Appartiennent encoires à laditte Seigneurie une brasserie, six hommes de fief, ung Mayeur & sept Eschevins & le x. denier quant les heritaiges se vendent. Apparant tout ce par le denombrement de feu Rasse de Grez rapporté en l'an xiiij.° & xl.

CAPVT III.

De Dominio & Pago Sancta Maria.

IN ephemeridibus Cameræ rationum Ducatus Brabantia legimus de hoc Dominio ea quæ sequuntur.

S. Marie Lez Opprebaix fust engagée le 17. d'Aoust 1630. à Rasse Corfwarem Sr. de Rouxmirois pour 600. flo.

Et rehaucé le 16. May 1638. pour autres 500. flo.

Et vendue absolument le 13. d'Octobre 1648. à Massin Labbaye pour son Command pour la somme de 1300. flo.

Scribit Gramajus *Fanum Maria*, in sacris Villario obnoxium & Graviorum peculium.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia hujus loci meminit his verbis.

S. Marie est un petit Village situé entre Maleve & Melemont ou l'Abbé de Villers confere la Cure : il a autrefois appartenu à Raze de Grez Seigneur de Maleve, & toute la justice au Roy qui l'an 1630. l'exposa en vente.

CAPVT IV.

De Dominio & Pago Lathuy.

Godescalcus Nivellensis Ecclesiæ Præpositus eidem suæ Ecclesiæ dono dedit *Lathuy & Boulines*, uti patet ex diplomate subiecto.

Ego **GODESCALCUS** Ecclesiæ ministrorum ultimus, Præpositorum indignissimus, prædiola ecclēmosynarum mearum stipendijs acquisita *Lathuy & Boulines* piissimæ Dominæ meæ S. Gertrudi tradidi, congregationis ipsius ad usum. Ipsa verò congregatione submonente, tres libras denariorum animæ meæ servitio destinavi; unde triginta solidi duobus presbyteris pro Missa quotidiana solventur, reliqui verò ad luminare non deficient locabuntur. Verum ne hac dispositione frustrentur, possessiunculam, quæ dicitur *Aldonis mans* ad hoc statui, Ecclesiam porò de Aldonis monte Dominus *Lieberius* Cameracensis Episcopus, Licentia Domini Leodiensis Episcopi consecravit, quæ Ecclesia membrum est Ecclesiæ de Rothavia, ubi pertinet decima de Aldonis monte &c. Actum & confirmatum Nivellæ, in monasterio S. Gertrudis, tempore Henrici Regis, qui sæpè de Saxonibus triumphavit, Duce Godefrido Gibbofo, Comite Lovanij Henrico Lamberti filio, Rikesa Abbatisa, Mathilde Præposita, Ruzela Decana &c.

Vulgavir diploma illud Aubertus Miræus in Notitia Ecclesiarum Belgij cap. cii. arbitraturque conscriptum circa annum M.LXXIII.

Gramius pagum hunc non attingit nisi per transennam, agens de Ecclesia de Pietrebaïs quam filialem dicit Ecclesiæ de *Latuto* ideoque à Latutensi Paræco dependere, uti apparebit capite sequenti.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia accuratius locum dederit, his verbis.

La hauteur de Lathuy at esté acquise du Roy l'an par Iean Schorenbroot, dont la fille heritiere unique espousa Pierre Stockmans Docteur en Droit à Louvain & puis Conseiller de Brabant: qui ne laissa que deux filles, dont l'une espousa N. . . vanden Venne Receveur des Estats de Brabant au quartier de Louvain, qui à faizy ses heritiers de cette hauteur. Soub icelle sont situées diverses Seigneuries foncières, & la plus ancienne, si je ne me trompe, est la Cour de S. Gertrud, qui l'an 1073. fut donnée au Chapitre de S. Gertrud avec le Village de Boulines situé au Comté de Namur, par Godeschalé Prevost de Nivelle du temps de Henry fils de Lambert Comte de Louvain.

Le Chapitre de S. Servais à Maltrechy y at aussi sa Cour & y tire des cens Seigneuriaux qui sont les plus considerables.

Le Chapitre de S. Barholomé à Liege y at aussi Cour, qui porte le nom de *Francoirt*, en laquelle il a cens Seigneuriaux & établit Mayeur Eschevins & Sergeant.

Gollecheux, est aussi une dependance de Lathuy, comme il fut déclaré l'an mil quater cent & . . . à la requeste de noble homme Jean de Boffuyt grand Bailly de Nivelle & du Roman Pays.

Hæc scriptor ille, quibus addemus ex adversarijs Cameræ rationum Ducatus Brabantia, ista.

Lathuy fust engagé le 22. d'Aoust 1630. au Receveur General van Oncle pour mil florins.

Et renchery par le mesme le 9. d'Avril 1638. d'autres deux cent cinquante florins.

Et vendu absolument le 16. Mars 1644. au Pensionnaire de Louvain Schorenbroot.

CAPVT V.

De Dominio & Pago Pietrebaïs le Herlut.

Petribasium *Herlutense*, ita dictum ad distinctionem alterius Toparchia, cui etiam nomen *Pietrebaïs*, de qua egimus in Præfectura Grezienti.

Gramius eadem periodo cum Fano S. Mariæ perstringit locum hunc, his verbis.

Restant *Fanum S. Mariæ* in sacris Villario obnoxium, *Petribasium* Ecclesiæ de *Latuto* filiaque, ideo à Paræco Latutensi dependens. Illud Graviorum, hoc Montanacensium peculium.


Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia de Petribasio commemorat hujusmodi.

Pietrebaïs le Herlut, comme les anciens escrits le nomment, fut autrefois de la Paroiche de *Lathuy*, & pour son esloignement n'ayant qu'une Chapelle pour la commodité des habitans, elle en fut separée & erigée en nouvelle Paroiche l'an avec obligation de recognoistre celle de *Lathuy*.

Ce Village a la Cour particuliere, nomée la Cour de *Reves*, a cause qu'elle appartenoit aux Seigneurs Ban-

nerets dudit lieu ; & en est tenue en fief avec haute moyenne & basse justice. Ce que je croi s'avoir esté fait, lors qu'elle a servy d'appenage aux cadets de la maison : car je trouve que l'an 1422. cette Cour appartenoit à Jean de Bray & Damoiselle Marie de Hodebruge veuve de jadis Everard de Reves. Et l'an 1443. à Godefroid de Montenaken & à Jean de Bray ; puis l'an 1530. aux remannants de Pierre MONTAUX, ce qui fust pour verifiser ce que je viens de dire.

CAPUT VI.



Castellum Rouxmiroir

De Dominio & Pago Rouxmiroir.

RODIUM-SPECULI, inquit Gramaius, in sacris Capitulo Aicuriensi obnoxium, quod lego alias proprio Prætori & distincto ab Aincurtensibus subsuisse. Peculium olim familiæ quæ à Geldoniis nomen sortitur.

Ioannes Blondeau, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ita sature :

Le Chapitre d'Incourt, confere la Cure de Rouxmiroir, & la Seigneurie at esté un appenage de la famille de Iudogne, desquels je trouve sous les Ducs de Bourgogne Jean de Iudogne Seigneur de Rouxmiroir. Elle est depuis entrée en la famille de Hofden, & le dernier fut Charles mort sans generation de Catharine de Corwarem son épouse : laquelle il institua son heritiere, & elle se rendit Religieuse aux Carmelites à Malines, ayant entre autres vendu cette Seigneurie de Rouxmiroir à N. Sylvius Pensionnaire de Louvain, dont N. son fils l'at depuis peu vendu au Baron de Dongelberge.

Charles de Hofden fut d'une corpulence & force prodigieuse, dont la vie merite un recit particulier. Estant fils unique du premier mariage, & son Pere ayant d'autres enfants du second, il fut indignement traité de sa marastre ; le peu de soin qu'on avoit eu de son education le rendirent fort farouche : Il fit avaller à un Procureur qui soustenoit un proces contre luy, sa rolle & tous ses papiers, ce que luy causa la mort. Il mit de ses

injures

fujets en prison en son Chateau, & les y tient quelques années. Le rapport en fut fait à l'Infante Isabelle, & fut par son ordre conduit au Chateau de Namur, ou il monta jusques en haut avec deux tonnes plaines de biere qu'il enlevoit à chaque main. Il tournoit sur les espaules un chariot entier chargé de fientes &c.

Le ne sçay si la Seigneurie de *Hacqdaux* est Paroïche de Rouxmiroir ou d'Incourt.

Cæterum, bellorum turbines, quibus, dum hæc prælo parantur, miserè Romandua prostermitur, hujus loci Castellum per Francos igne injecto eruerunt, ita ut pristini decoris nihil hodie, præter exhibitam ejus scenographiam superfit.

Spèctat ad Philippum Adrianum Dongelberghæ Comitem, Romandux summum Prætozem, cui Reip: bono longævam præcamur vitam.

CAPUT VII.

De Dominio & Pago Godechiennes sive Gottechien.

Inter Pagos & Dominia quibus constat Præfectura Aincurtensis recensetur *Godechiennes*, Gramais *Gottechem*, qui postquam egisset de *Rouxmiroir* quod *Rhadium Speculi* vocat uti patuit capite præcedenti, subjungit **GOTTECHEMUM**, ubi *Deimas Wilhelmus de Dongelbergh*, *Capitulo Aincurtensi assignavit*, anno 1126.

Ioannes *Blondeau*, in descriptione Dominij pagique *Bosuyt*, cujus verba dedimus lib. v. capite XIII, scribit *Guillelmum Le Roy*, anno 1626, à Rege pignori accepisse *Bosuyt* jurisdictionem altam, simul cum *Toparchia de Gottechien*, infra Aincuriam, idque pro quinque millibus & ducentis florenis. Vide loco citato & cap. XII. ejusdem libri.

CAPUT VIII.

De Dominio & Pago Thorembais S. Tron.

Henricus primus Lotharingæ inferioris & Brabantæ Dux. Augens Jotem Abbatæ Villariensis & possessiones omnes confirmans, diplomate dato Geldoniz anno M. C. LXXXIV. à nobis exhibitio lib. II. cap. VIII. recenset inter cætera prædia dicti Monasterij, *Alodium de THOREMBAIS quod Sigerus & Godefridus fratres, & eorum soror Ermetrudis, sine ulla diminutione ejusdem alodij, in eleemosynam contulerunt.*

Ioannes Baptista *Gramais* in Præfectura Aincurtensi, *THOREMBASUM*, inquit, duplex: alterum à *S. Ioanne alterum à Beginis* nomen obtinens.

Hujus *Dominium Villariensis Abbatia obtinet, sed veteris Beginasij reliquia, sunt anas aliquot ex proventibus Conventus portionem capientes.*

Ioannes *Blondeau*, in *Commentarijs* de Gallo-Brabantia eadem fere scribit, additque: *L'Abbé de Bonnefiance confere la Cure de Thorembais S. Tron. Maître Isackmont de Thorembais, fut constitué avec Wanchier Berthout, par Godefroy Sire de Perwez, exécuteur de son testament l'an M. CC. LXIV. Voyez les preuves du viij. liv. des Trophées de Brabant pag. 229. ou se trouve la Charte.*

Ceterum, cum legis, inquit *Gramais* loco citato, *Walterum in donatione prædij Velnich in Comitatu Hoyensij, eleemosynæ suæ Advocatiam justitiæ Ecclesiasticæ omnino relinquere liberam; sed si pro eleta & contumaci præsumptione comprimenda, secularis quoque potestas fuerit adhibenda, erit legitimus Aincuriam Advocatus interpellandus.*

Observe & eleemosynis seu bonis privatim datis eligi solere *Advocatam*. Id obiter ex dicto auctore visum notare; dum scribitur de Præfectura Aincurtensi.

CAPUT IX.

De Dominio & Pago Thorenbais les Begines.

Præcedenti capite retulimus, quæ de ambobus Thorenbaisijs, *Gramais* scripsit, in Præfectura Aincurtensi una eademque periodo, ideoque hic non repetuntur.

Ioannes *Blondeau*, in *Commentarijs* de Gallo-Brabantia, habet sequentia:

G g g 2

Thorem:

Thorenbat les Beggines a retenu le nom des Beggines qui jadis y ont demeurez, entre lesquelles S. *Vda* ou *Ode* vivoit vers l'an 1220. Gramay dit qu'il y at encor des vestiges de l'ancien Begginage, & que ses reveus se distribuent a des vieilles femmes.

L'Abbé de Villers y a cens, rentes, loix & amendes; la hauteur appartient au Roy.

Stupenda sunt quæ de prædicta *Oda* sive *Vda* leguntur apud Arnoldum de *Raiffe* in Auctionario ad Natales Sanctorum Belgij Ioannis Molani, ad vigessimam Aprilis, quæ hausit ut præfatur ex prima parte Novalis Sanctorum Brabantia, & Cæsario cap. trigesimo quinto libri noni historiarum suarum, suntque ista.

In Brabantia partibus, in villa quæ *Thorenbaig* nuncupatur, dormitio felicis & religiosæ matronæ *ODÆ*: quæ præter multas alias virtutes eximias, & spiritalium charismatum dona, etiam insigni fuit sacrosancti Christi Corporis jugiter suscipiendi desiderio incensa: cum die quadam instanter illud à Curato suo petiisset, repulsam passa est; Pastore asserente sâminis haud-quaquam competere, tam crebrò sacris illis mysterijs, præsertim laicis, perfui. Id cum pia matrona graviter ferret, ac pio desiderio magis ac magis æstuarer: Christus summus Sacerdos eam diutius voto suo frustrari noloit. Adfuit igitur noctu, ingenti beatarum mentium multitudine cinctus, cum maximâ suavissimi odoris fragrantia; & pia matronæ *ODÆ* sacrum suum Corpus è pixide, quam secum attulerat, depromptum porrexit; his adjunctis verbis: Ille Sacerdos Corpus meum tibi denegavit, ego verò proprijs te manibus communicabo. Hanc eandem visionem mulier alia, quæ in eodem jacebat conclavi, evigilans conspexit. *Oda* verò cum veluti pietatis ac devotionis prætextu, teham sibi sacrosanctæ Eucharistia per Parochum aperiri curasset: Rogavit num sacrarum hostiarum numerum teneret: quem cum se tenere acsismasset, inito earundem numero unam decesse mæstus deprehendit. Verùm *Oda* narrata totâ rei ferie, eum blandè consolata est, monuitque ne deinceps se à communione repelleret. Illa porò virtutibus ac meritis quàm plurimis orusta, cum ad finem usque vitæ in eâ suâ conversatione sanctâ perseverasset, feliciter ad Deum migravit. Florebat circa annum Domini millesimum ducentessimum vigesimum.

Idem author eadem profert sed contractius in Hierogazophylacio Belgico pag. 501. & sequenti, addens plurima exempla eorum qui Sacratissimam Christi Eucharistiam, ipsius, seu Angelorum manibus sumserunt.

In actis Sanctorum Ioannis Bolandi & Godefridi Henschenij ad vigessimam Aprilis s. *Vda* sive *Oda* ponitur inter sanctos prætermisissos & in alios dies rejectos, quod quidem miramur contigisse, in B. nostrate.

CAPUT X.

De Dominio & Pago Glattignies.

Ioannes Bapt. Gramaius loco supra citato prosequens, *Glattiniacum*, inquit, quod olim proprium habuisse & distinctum ab Aincarteni Prætorum invenio, ex indiculo per Pensionarium Lovaniensem mihi communicato.

Porò de Dominio hoc, præter illa Gramaj verba nihil aliud hæcenus deprehendi, quem Toparcham agnoscat inquirendum utique.



CAPVT XI.



Castellum Opprebais.

De Dominio & Pago Opprebais.

Boneffienfe Monasterium in Comitatu Namurcensi anno 1240. in usum monialium est excitatum, & anno 1245. ab Innocentio IV. Pontifice confirmatum. Anno autem 1263. à Guidone Comite Namurcensi primum in novi ædificij fundamentis saxum est collocatum. Anno 1461. mandato Capituli Generalis Cisterciensis, & uxoris Philippi Boni Burgundia Belgijque Principis hortatu, virgines ejus loci per lardinetanum & Molinensem Abbates in Ordinem sunt redactæ. Itaque cedente Abbatissa, & monialibus ad varia Cenobia dimissis, Monachi sunt introducti ; primusque illis Abbas datus, Petrus Multorius Aloftanus, qui nono præfecturæ anno è vita deceffit, anno 1470. Ex ejus loci archivis hæc habeto, Ita Miræus in Chron. Cist.

CAPVT V.

De Dominio & Pago Foux sive Folz.

Fvgium, eadem periodo qua Gestum ad Pontem Geronis descriptum à Gramaio, dedimus capite primo, hic proferimus ea quæ de hoc Dominio habentur in Calendario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiaë conscripto de Toparchijs pigneratis, repigneratis & venditis seu in perpetuum abalienatis, suntque ista:

Folz fut engagé le 20. d' Aoust 1630. au Conseiller Maes pour 800. flor.

Et vendu absolument le 4. Juillet 1648. au Baron de Iauche pour autres mille deux cent flor.

Neque omittenda sunt quæ scribit Ioannes Blondeau, in Commentarijs de Gallo-brabantia, de hoc pago; idque ut præfatur ex Jacobo Henricourt Equite S. Joannis Hierosolymitani; fol. 336. & 361.

Du commencement de la guerre entre les familles d'Awans & de Waroux, fut tué Gille de Foux en Brabant, & un Eſcuyer nommé La Truye de Foux: ce Gille estoit fils de Messire Eustache Franchome, de Holgnoul, & avoit un petit Chasteau à Foux, dont la Cour estoit fermée de murailles de terre, que les Hasbignon ont accoustumé de faire de la hauteur de six pieds, & vers la campagne le long du chemin, il y avoit un fossé large de xiv. pieds ou environ, ou il se tenoit avec ses trois freres, & quelque garnison, d'où ils incommodoient leur partys contraires, qu'ils bravoient bien souvent, & s'en laissoient approcher de bien près, & se sentans trop foibles, ils se retiroient vers leur Chasteau, prenoient leur course, non pas du costé de la porte, mais vers la muraille, & des qu'ils estoient près du fossé, ils mettoient le bout de leur espée à terre, & sautoient prestement par delà ledit fossé, & la muraille du jardin, ce que nul autre pouvoit faire; & ce qu'ils feirent si souvent, qu'ils en fatiguerent leurs ennemis, qui cessèrent de les plus chercher, voyant qu'ils ne les pouvoient surprendre.

CAPVT VI.

De Dominio & Pago Hedenge sive Hedinge.

Postquam Gramaio scripsisset Ramilliam partim Principis esse partimque Jachæ Baronis, subjungit & ejusdem Baronis & domicelli Bomaliensis peculium esse solum vicina Hedinia.

Joannes Blondeau, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de hac Toparchia, ita fatur:

Hedinges, est un hameau de la Paroiche d'Autre-Eglise ou Hauteglise, appartenoit cy-devant en partie au Baron de Iauche avec la haute justice, & en partie à Jean de Bommalé; *Bukens* trouve soub le regne du Ducq Goderoïd III. *Gerard de Hedinge*, entre les Gentilshommes.

Le Cbapitre de St. Fucillen à Fosse, y a une Cour Fonciere, Mayeur, Eschevins & Sergeant,

Cæterum, in Regestis Cameræ Rationum Ducatus Brabantiaë, legitur:

Hedenge fust engagé le 5. d' Aoust 1626. au Conseiller Gerlaix pour 1200. flor.

Et vendûé absolument le 4. Juillet 1648. au Baron de Iauche pour autres mille huit cent florins.

CAPVT VII.

De Dominio & Pago Mont S. André.


Mons S. Andréa quamvis non sit hujus Præfecturæ, utpotè terra libeta, tamen propter loci vicinitatem, ejus meminisse oportet. Dabimusque ea quæ nacti sumus, in Commentarijs Ioannis Blondeau, conscriptis de Gallo-Brabantia:

Le Chapitre de S. Lambert à Liege, est Seigneur de Mont St. André, & le Baron de Iauche haut Voué hereditair. On tient que cette terre a esté du patrimoine de S. Lambert, & est comptée entre les franchises à cause que le Ducq n'y leve aucunes tailles ny subsides, combien que les hommes luy appartiennent.

Cæterum, de Dominijs & Terris liberis, obijet scripsimus lib. secundo, earumque nomenclaturam inibi dedimus. cap. xl.

CAPVT VIII.

PRÆFECTURÆ GIACHEÆ SIVE JASSÆ.
CAPUT I.



De Dominio, Baronatu & Pago Jauche.

AD meridiem Brabantiae oram, quae vergit ad agrum Namurcensem, situs est Baronatus Jauche, inter veteres Brabantiae recensitus, meminit eius Gramatus his verbis.

Toparchiae huic à cognomine fluvio inditum nomen. Gallis Jauche teutonibus ghetze vocatur.

Toparchas inter Brabantiae & Primates Hasbaniae fuisse & quidem non ultimi nominis arguit Idæ Boloniensis diploma ubi inter testes & quidem nobiles & quidem primos recensetur Godeschalem de Ghiace, anno 1096. Diploma est donationis Genappiensis Astigino factæ.

Bellis illustres fuisse docet Gerardus Iaccanus sub Godefrido Barbato, & alter ejusdem nominis, Consilio Gerardus & Robertus tempore Ioannis primi. Ado sub Godefrido III. anno 1156.

Cæterum, ut est obscura omnis antiquitas & inprimis, nostra an in unâ stirpe permanerint usque ad annum 1312. definire nequeo, cum de more Brabantico nomini Christiano solum Dominij subjungant cognomen.

Primus cujus hactenus familiam discernere potui, Ioannes de Loon D. de Agimont, & Walem, (foste Valhain) Baro Jauchæ. an. 1371. Ex diplomate Lovaniensi cujus meminit Divoz.

Libri curiæ feudalis paulo post incipiunt ab Ægidio Ægidij Iacensis quondam Domino de Hierge filio, anno tamen non addito, quem tamen facile est colligere cum legamus testem laudari Ægidium de Jauche, an. 1422.

Denique perseveravit & defecit hic loci stemma hoc modo.

Jacobo de Iache Ægidius, an. 1457. Professus est beneficium (ita patet ex curiæ feudorum codice) pater fuit, aut (ut Genearum collectores) Iacobus alter, mater Dymna Grimbergenfis, frater Razo ad D. Lamberti Leodiorum Canonicus, foror Ioanna Wilhelmo Domino de Widoe nupta, Uxor Margareta Hieraria, proles Anna, & Ioannes qui Baronatum vendere instituit; sed intervenientibus liberis Ioannæ, an. 1505.

O o o 2

Quorum

Quorum Margareta Joanni de Coultreau, altera Godefido de Davre Domino de Lifinael. Illa cum filio Michaële beneficium professa stirpem hanc in jus & possessionem Dominij transtulit, *an. 1517.*

Prætorium Iacheæ fuit olim inigne & mediocriter munitum, per hæc bella devastatum.

Labitur hic fluvius ejusdem nominis, qui justo hinc spacio oritur & Hogardiam Thenasque secans, Leeuwam dividit, & ulterius in Demeram se effundit.

Iacheæ tam quoad situm quam nomen alicujus pagi *Mont-Jache & Jachela*. Ille suam agnoscens Toparcham, Nec omitenda quæ de Giacheæ Baronatu, habentur in Iurisprudencia Heroica, Articulo VII, pag 292. & seq.

GIACHEA Gallis, *Lauche*, nobis *Ghate*, à cognomine fluvio inditum nomen habet, qui justo hinc spacio oritur, & Hogardiam, Thenasque secans Leeuwam dividit, & ulterius in Demeram se effundit. Arcem habet splendidam & prætorium inigne, pluresque continet non infimæ notæ pagos: Montem Giacheam, Aute-Eglise, Jauchette, Ezemal, Bomale & Nilum Sancti Martini, imo & non ita pridem pluribus alijs dominij augmentata, ut sunt Jaindraing, Jaindreul, Hefdenge, Foulx, Ramelies pro parte, Suprema Advocacia montis Sancti Adriani, Attencourt, Bevinghen, & Nicukercke. Continet & Abbatiam Virginum de Ramiea fundatam à Gerardo Domino de Lauche anno 1216. qui quod esset in ramo virgulto, Ramiea nomen obtinuit, gallicè, *Ramée* sive *Ramey*. Diploma hujus foundationis quod in Abbacia reservatur, incipit his verbis *GIRARS par la grace de Dieu Sires de lauche*. Aliud extat diploma Maximiliani & Mariæ Ducum Brabantæ, in quo IACOBUM Dominum de LAUCHE appellant Fidelem Militem & Cognatum. Hinc videre est Toparchas inter Brabantæ & Hasbanæ primates fuisse, & quidem non ultimi nominis. Quod & arguit Idæ Coloniensis Diploma, ubi inter testes nobiles & quidem primos recensetur Godeficus de Giache. Multique sæculis hoc Dominium apud gentiles sui nominis continuasse, exploratum est. JOANNA de JAUCHE Ægidij, vel ut alij, Jacobi & Dymphæ Grimbergenis filia, Wilhelmo Domino de Wideux nupsit, quorum filia MARGARETA DE WIDEUX JOANNI DE COTEREAU elocata, vendito à JOANNE DE JAUCHE præfato Baronatu, illum jure retractus anno 1517. revindicavit, & ad posteros & descendentes suos ex præfato JOANNE DE COTEREAU transtulit. Erat is JOANNES ROBERTI DE COTEREAU militis & JOANNE de BAYART filius, illius inquam Roberti qui prælio Monderiaco Principi nostro Carolo Audaci anno 1465. quem circumventum Galli ad deditiorem urgebant, salutis fuit auctor, & robusto instructus equo per medium coronæ Gallicæ agmen pertumpens, hostem manu Principi, imminentem, summâ vi retrocedere coëgit, magnaque edita strage, præfente Dominum discrimine liberavit: qui vicissim immensâ virtutis ergo præfæcturâ illum feudorum Brabantæ, nobilissimo & amplissimo cumprimis munere, atque Equestrî insuper Balthæo extemplo donavit. Joanni successit filius Ioannes alter, qui ex Catharina de Brandenburch reliquit Guilielmum, Marchionis GUILIELMI ex Maria de Cotereau patrem. *Hæc ibi*, sed perperam scribitur suprâ s. *Adriani* cum *Andræ* dici debeat, nec non, *Idæ Coloniensis*, cum *Boloniensis* sit.

Extrait hors le Cheff Registre du Quartier de Wallon-Brabant reposant au Greffe de la Souveraine Cour Feodale de Brabant ou que se trouve sous la Capitulation de Lauche Mont-Lauche, Ioutham l'Evêque, Foul folio clxj. resté ce que s'ensuit.

Guillaume de Cotreau fils aîné, onzième de Mars mil six cent vingt & ung par le trespas & suivant le testament de feu Messire Guillaume de Cotreau en son vivant Baron de Lauche son Pere soubscript.

Messire Guillaume de Cotreau Baron de Lauche le vingt-unième d'Octobre mil six cent seize, par le trespas de feu Iean de Cotreau son frere un des Enfans soubz nomez.

Les Enfans de feu Monsieur de Lauche soubscript celui qui sera trouvé selon son testament estre propriétaire par le trespas dudit Sr. de Lauche leur Pere le xvj. jour de Fevrier l'an xv. lxxj.

Iehan Cotreau le vingt quatrième jour de Decembre l'an xv. lxxj. & ung par le trespas de feu Michiel Cotreau son frere soubscript.

Michiel Cotreau le sixième jour de Mars l'an xv. lxxj. par le trespas de feüe Dame Margueriete Vrowe van Wyde mits narderscape x. Decembris anno xv. lxxj. ende seventhien.

Iehan de Lauche le vingt unième jour de Mars l'an xv. lxxj. par le trespas de feu Messire Iâques son Pere.

Iacques Seigneur de Lauche moindre d'ans le dixhuitième jour de May l'an xliij. lviij. par le trespas de feu Gielis Seigneur de Lauche son Pere.

Gillis Seigneur de Lauche son filz.

Iaque de Lauche son filz.

Messire Gillis filz Messire Gille de Lauche jadis Sire de Hierge tient le Ville & le terre de Lauche avecq ses appartenances si avant qu'elle meut en sief du Duc de Brabant.

Hæc ex præfato tabulario: in quo antiquissimos Giacheæ Dominos, non invenimus notatos. Porrò, dum omnia quæ collegimus perlustramus, reperimus extare *Molhanie*, in medio Chori Canonicorum, epitaphium tale.

Cbi gist nobles homme Iehans Sire de Lauche & de Hierges, qui trespassat l'an M.CCC.lxx. priez pour l'arme de li.

Sepulchrali lapidi incisa præcæ armaturæ militis imago, simplicibus linearum ductibus effigiata, & ad utrumque latus gentilitia insignia.

Cæterum, Ecclesia *Melbanensis*, est ex vetustissimis, agri Leodiensis, non procul à Giveto sita, inque ea videntur plura nobilium sepulchralia monumenta, de quibus in tempore memorabitur.

Denique, pristinorum Gacheæ Toparcharum, loco non uno, meminit Hemricurtius, in speculo nobilium Hasbanicæ, testaturque cap. xx. pag. 255. quædam prædia feudali nexu Toparchis olim obnoxia, soluta fuisse. Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de Gachea, ita satur.

La Têrre & Seigneurie de Jauche, Iausse, Iache, ou Iasse ancienne Baronie de Brabant à print son nom de la petite Riviere qui l'arrouse, & qui ayant coulé par Hongaerde, Tillemont, & par le milieu de Lcewe, & puis traversé une partie de la Hasbaye, se vat descharger dans la Riviere de Demer pres de Halen.

Les membres qui composent la Baronie sont les Villages d'Esmael, Iodoigne Souveraine, Jauchelette, Autreglise, Jandrain le Heru, Rameltes, Foulx, & Geffteau.

Il y ar un Chasteau de defence, duquel les Estats des Provinces unies s'estant saisi l'an 1645. & y mit garnison, ont fort incommodé le Wallon-Brabant, & Comté de Namur, & fait estendre leur contributions. Les Seigneurs qui en ont porté le nom & les armes (qui sont de gueule à la fasce d'or) ont toujours tenu rang entre les plus Illustres & puissantes familles du Pays. Une de ses branches fut transplantée en Haynau par l'alliance que Renier Seigneur de Jauche fit avec Ide fille de Gofuvin Pair de Mons, qui par ce mariage fut Seigneur de Baudour & Pair de Haynau vers l'an 1150. la posterité duquel continue encor de Pere en fils en la personne de Iean Francois de Jauche Comté de Maltain Seigneur de Herimez, Brugelette, Crushauthen, &c. allié à Dame Marie Francoise d'Estourmel, la branche restée en Brabant estante passé longues années tombée en quenouille, comme je remarqueray rantost : au reste on trouve entre les anciens Seigneurs de cette famille Godescal de Jauche qui l'an 1096. signa entre autres la donation qu'Ide Comtesse de Boulogne fit à l'Abbayé d'Afflighem. L'an 1156. vivoit Adon de Jauche. L'an 1179. Renier de Geta signa le Traité de mariage d'Henry fils du Duc Godefroid, & de Mechilde Niepee de Philippe Comte de Flandre. Godefroid de Jauche vaillant Guerrier vivoit sous le Duc Godefroid le Barbu, & en mesme temps Godeschalc, Hilduin, & Renier Sires de Jausse. Gerard de Jacia signe l'accord fait entre le Duc Henri I. & Othon Comte de Gueldre, & fut l'an 1206. un des Ostages denommez par ledit Duc, en celuy qu'il fit avec Louis Comte de Loz. Sous Henry II. Gerard Seigneur de Jauche, Hierges, Gomignies &c. Sous Henry III. Gerard III. Seigneur de Iausse, Iean, & Erard ses freres, lequel Gerard avant la bataille de Vaurung fut crée Chlr. par le Duc Jean I. Sous Jean III. Florissoit Gille de Jausse Seigneur de Hierges, Blioul &c. Sous le Duchesse Jeanne Gerard Seigneur de Jausse, Hierges, & Bioul, & Jacques son fils, desquels je laisse la genealogie à esplucher à autres qui ont plus de loisir & delumiere que moy.

Les Rechercheurs curieux trouveront que cette Terre est depuis tombée en la famille de Loz, mais comme je n'en peu precisement designer le temps, n'y comment que cela auroit esté fait, je me contenteray de dire que vers l'an 1372. Jean de Loz Seigneur d'Agimont & de Walhain, se trouve d'en avoir porté le tiltre, se trouvant pareillement, que l'an 1390. Gille Sire de Jauche, Hierges, Bioul associé de Iean Sire de Heinsberg, & d'Englebert de la Marche Seigneur de Louveral, & autres malcontents, vinrent bruiser la Ville d'Issche, d'où ils emenerent un grand butin.

Je ne scay si ce fut ce Gille, qui laissa Jacques & Jeanne de Iausse, qui espousa Guillaume Seigneur de Widoe, qui procreerent Gille de Wideux, ou de Widoe, qui fut Baron de Iausse, dont Margarine leur fille fut heritiere de Iausse, Widoe, Eltraye &c. laquelle fut conjointe à Iean de Cottreau Seigneur d'Assche, Pifeulx &c. fils de Iean & de Margarine de Hardewych, & procreerent Iean Baron de Iausse allié à Catharine de Brandebourg, fille de Thierry, & d'Isabeau de Herbais (fille de Pierre & d'Henriette d'Immesel) desquels est issu Iean Baron de Iausse Seigner de Pifeulx, Wiet, Eltraye &c.



CAPUT II.

De Dominio & Pago Iodoigne la Souveraine sive Superaine.

Geldonia Superior fortè à situ. Hinc enim Geta fluvius in urbem delabitur. Et dubitavi aliquando an non à Getæ aquis, Geldenacum fortiatu appellacionem : cum Aquas germanicè *Aken* efferi doceat Aquentis urbs, & cætera non longè à mente recedant & etymo. Non dissimulandum tamen in veteribus registris appellari hanc quidem *Iodoigne la Souveraine*, urbem verò *Iodoigne le Marché ville & Franchise*, id est Geldonia fori aut municipium.

Illius res sacra à Collegio D. Petri Leod. pendet, profana etiam, nisi quâ Glymenfes suos habent terminos, hæcenus Gramaius, in Geldonia pag. 7.

Ioannes Blondeau, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, habet ista :

Comme je trouve és Registres Feodaux de la Dame de Nivelles, que l'an 1419. Harriaul fils de feu Messire Jacques de Iodoigne Souveraine, releva quelque fief mouvant d'elle à laucellet : je doute si l'ancienne famille de Iodoigne n'auroit pas pris le nom de ce lieu.

Au reste l'epithete de Souveraine qu'elle porte à la distinction de la Ville, qu'anciennement estoit exprimée, par le nom de Iodoigne le Marché : procede à mon advis de la situation de ce lieu, qui est notablement plus élevé que la Ville, & fut appellé *Iodoigne Dissentraine*, ce qu'en ancien langage signifioit superieure dont par corruption de langage est procedé le nom de Souveraine.

Le Chapitre de S. Pierre à Liege, à la Seigneurie tres-foncierie à Iodoigne la Souveraine, Orbais & là à Pentour, y constitue Mayeur, sept Eschevins & un Sergeant, qui ont un pasté annuel à cause qu'ils sont obligez de vacquer à la perception des cens Seigneuriaux. Au defaut de payement desquels, le Receveur dudit Chapitre, fait seulement deux faultes, à deux plaids generaux consecutifs, qui se tiennent l'endemain des Rois, de la Patque Close & de S. Remy. Chaque bonnier de terre qui en est mouvant, doit un livrier d'avoine, qui est un demy stier, dont les deux font le stier dixmier, desquels dix font un muid, & en argent six Liegeois ou quarts, dont les six font un pattard & demy, monnoye de Brabant. *Ex Regist.* il y a aussi la Cour de Jauce à Iodoigne Souveraine.

CAPUT III.

De Dominio & Pago Iauchellete.

Ioannes Blondeau Syndicus Nivelienfis, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, de pago hoc scribit, his verbis :

Le Village de *Iauchellete*, situé à une demie heure de Iudoigne, appartient à la Dame Abbesse de Nivelles, laquelle y établit Bailly, Mayeur, Eschevins & Sergeant. Elle y leve cens Seigneuriaux & a divers fiefs qui relevent d'elle : La Cure est pareillement de sa collation : & ce que je ne peu pas obmettre pour la singularité, est que dans ce lieu il y a douze courtils, qui doivent des chappons à ladite Dame, lesquels ilz sont obligez de porter à Nivelles, & en ont en revenge un stier de bled à recevoir, & le Mayeur est tenu de donner au porteur d'iceux un pain & un fromage.

Le Baron de Iausse y a la hauteur, & ce Village est compté entre ceux qui composent la Baronnie.

L'Abbaye de la Ramée fut fondée soub cette Paroiche, par Helvide Abbesse de Nivelles, & comme son chapitre a des tres-belles vignobles situées sur la Riviere du Rhyn, on il souloit envoyer tous les ans des Commis deputez de son corps, pour en faire la recolte ou vendenge, qui avoient droit de giste en passant par la Ramée, il fut convenu l'an . . . pardevant les Eschevins de Iauchellete, que les Commissaires du Rhin, sçavoir deux Chanoines & deux Damoselles, ou tous les quatre ensemble, avec leur suite, auroient un porcq né le jour de S. Pierre, qui seroit tué à leur arrivée, quatorze poisses, un . . . de fleur, cent & un œuf pour face un ratton, & une gelde de vin, & quant à leurs chevaux qu'ilz auroient foing & avoine, & litiere jusques au ventre, & à leur depart, l'Abbaye leur doit livrer un messager, qui avec une lanterne & chandelle les doit conduire jusques au pont d'Orp le grand, & illecq leur payer trente six vieux groz. *Ex Regist.*

CAPUT IV.

CAPUT IV.



Ramein Ord. Cist. Abbatia F.

De Monasterio Rameina Monialium Ordinis Cisterciensis Abbatia

Gramaius in Baronatu Giachensi: Huc referenda, inquit, Cisterciensis instituti Abbatia feminea, illi quidem primitus in *Kerkum*, loco ab Abbate S. Cornelij Indensis (sic arbitror, quia ei etiam nunc census pendit) accepto fundata, ubi veteris Cœnobij & murorum vestigia conspiciuntur. Sed cum aucto Virginum numero, & aq̄ue defectu locus ineptus iudicaretur, loco per Helwidem Abbatissam Nivellensem, *quæ anno 1215. obiit*, & Gerardum Toparcham, qui anno 1216. obiit, donato, claustrum cum Ecclesia extruxerunt. Anno 1501. Virgines cum antea more aliarum liberius & ferè seorsim viverent, rigidiorum disciplinæ modum amplexæ sunt.

Cœnobiũ hoc, nulli totã Brabantia facillè cessurum sive amplitudinem spectes, sive situm, sive quid aliud commendabile. Locus in sylvæ secreto sacris usibus convenienti; ædificia ab annis centum amplitudine & specie eximia ad ornari cœpta, porticibus, officinis, & fontibus eleganter instructa. Numerus Virginum excedit hoc exulcerato tempore sexagenarium.

Sanctimoniales vitæ sanctitate & miraculis claræ fuerunt Ida Nivellensis, & altera Ida Leewefensis, in super Beatrix illa Nazarethi prope Lyram fundatrix.

Tumulo illati hinc Barones aliquot, & extant saxa sepulchralia & Tumulus unus, sed literæ ob vetustatem & epigraphæ periit.

Ex *Registro, veteri libello diplomatum, Diario defunctorum, & alijs per D. Virginum Antistitam mihi communitatis*. Hæc ibi.

Queri possit ubinam locus ille *Kerkum* sive *Kerckhem* situs sit, cum pagi hujus nominis reperiantur in Brabantia & in agro Leodiensi circa Trudonopolim, sed præfatus Gramaius in descriptione Theonarum agens de Præfectura Cumpstichensi, *KERKEMUM*, inquit, *Indensis* Abbatia, *BIENNUM* Equitum Ierusalimitanorum Ecclesiam habens, illud ob Abbatiam Cisterciensem olim fundatam & in Rameinam translata, hoc ob commendatorem ibi residere solitum notius evadit. In hoc jus jurisdictionemque summam Fraciscus Baillet cœ-

dente Rege obtinuit anno 1562. & Balletææ matri Florentius Hoon in hæc bona successit, anno 1596. In illo Indentes suam habent peculium.

Aubertus Miræus in Chronico Cisterciensi pag. 209. *Rameia*, inquit, Virginitum Abbatia stetit primitus in vico *Kerkum* sive *Kerkehem* scilicet milliari à Lovanio &c.

Augustinus Wichmans in Brabantia Mariana lib. 3. cap. 14. Fufe agit de Rameia scribitque Monasterium hoc fuerat in *Kerkum* sive *Kerkehem* pago circa Thenas &c.

De Dominio *Kerckhem* legitur in Diario Camera Raionum Ducatus Brabantia; *Kerckhem avec le hameau de Fyvoorden at esté engagé le 17. d' Aoust 1630. pour 2000. florins.*

Et vendu absolument le 27. de Decembre 1648. au Sr. Armond de Ract, pour autres deux mille florins.

CAPUT V.

De Dominio & Pago Bommale.

HAud procul à Monasterio Rameia, situm est Dominium Bommale; de pristinis Dominis legitur in Proelio Woringano pag. 156. *Oda de Dongelberge, nupsit Joanni Domino de Bommale, relequit Ludovicum, Joannem & Odam. Vixit vidua anno 1430.*

In pago hoc ortus Ioannes à Bommalia scriptis clarus, quæ recensentur in Bibliotheca Belgica Valeri Andree, qui ejus meminit his verbis. Ioannes à Bommalia (qui Brabantia vicus est, non procul Geldenaco) Ordinis Prædicatorum, Doctor Theologus Lovaniensis, & hæreticæ pravitatis Inquisitor à Gregorio XI. Pontifice constitutus floruit anno 1471. &c.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, habet sequentia :

Bomale at est l'appenage d'un cadet de Walhain, qui fut le tige de la famille de ce nom, ses successeurs ayant retenu le nom de Bomale. La dernière hoire de cette famille fut Ode de Bomale Dame de ce lieu, qui le porta en mariage à Jacques d'Harchies, duquel est issu Jacques Baron d'Harchies, Seigneur de Bomale &c. qui d'Isabeau d'Aspermont procrea Jacques Baron d'Harchies, Seigneur de Bomale, Guiffenies &c. allié à Marguerite fille héritière de Philippe de Wiffocq.

De l'ancienne famille, je trouve Ican Seigneur de Bomale, qui d'Ode fille de Louys de Dongelberghe procrea Louys, Jean & Ode, qui estoit vefve l'an 1430. Voyez Butkens en la genealogie de Wavre, Dongelberghe.

Paraphrastes Proelii Woringani prædictis astipulatur, dum ait pag. 125. Arnoldus D. de Walhain, qui vixit anno 1199. reliquit Jacobum, Dominum insuper de *Boutier*, aut *Bonlez*, & tertium Dominum de *Corbais*, ex secundo prodiere Ægidius, Orolius, & Jacobus milites qui plurimarum familiarum auctores fuerunt, in Gallica Brabantia, quas diversa nomina & insignia distinxerunt, ut *Rupemont*, *Bommale*, *Boutier*, & *Bessuyt* &c.

CAPUT VI.

De Dominio & Pago Bommelette.

IOannes *Blondeau* postquam descripsisset Dominium *Bomale* uti ostendimus capite præcedenti, subiungit: *Bommelette*, est un diminutif de Bomal, & un hameau assez considerable, situé sous la Paroiche, tirant du costé de l'Abbaye de la Ramée, qui vers l'an 1300. appartenoit à la famille de Vander Tomme, Carp. fol. 228. Les plus recents Seigneurs semblent avoir esté de la maison de Marneffe, car Paul de Steenlande fils de Philippe & Marguerite vanden Eede, espousa Anne vander Linden, fille de Jean Chlr. & de Catharine de Marneffe Dame de Bommelette, qui procreerent Marie de Steenlandt Dame de Bommelette, laquelle fut alliée à François de S. Victor Chlr. decedé 18. Octob. 1596. qui estoit fils de François de S. Victor Chlr. & d'Anne de Chincilla Figueroa desquels est issu François de S. Victor Chlr. Seigneur de Bommelette.

Jean Seigneur de Dongelberghe, Serain, Bommelette; decedé l'an 1449. avoit un frere nommé Pierre qui portoit le siltre de Seigneur de Bommelette, par acquest qu'il en avoit fait le 16. Decembre 1435. mais retourna à son frere estant venu à deceder sans hoirs legitimes: ce Pierre par lettres du 15. Avril 1443. laissa un muid de forment à l'Eglise d'Incourt pour son anniversaire & sepulture.

Prædicta desumpsit præfatus scriptor, ex paraphraste proelii Woringani qui pag. 156. ita habet.

Petrus de Dongelberghe, Dominus de Bommelettes, quod acquisivit 16. Decemb. anno 1435. obiit non relictis legitimis liberis. Litteris datis 15. Aprilis reliquit Ecclesie d'Incourt modium frumenti annui census pro anniversario & sepultura sua ibidem.

CAPUT VII.

CAPVT VII.

De Domino & Pago Autreglise sive Haesteglise.

Censetur hoc Dominium pars Baronatus Jacheensis, uti patuit cap. primo: verum quo jure quove anno ei accesserit necdum nobis compertum. Meminit eius Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, scribitque: Autreglise est reputée la plus ancienne Paroiche du Quartier de Iudogne: & la tradition est, que ce nom luy seroit demeuré pour estre une des deux premieres du Wallon-Brabant, & ce qui n'en est pas un petit tesmoingnage est que tous les Villages du voisinage y viennent aux Rogations.

Il y a une image de de Nostre Dame que ceux des quartiers voisins honnoient grandement, & une confrerie erigée à son honneur que le Pape Clement VIII. decora de grands pardons & indulgences, qui furent confirmées & augmentées par Paul V. le 30. d'Octobre 1609.

La Seigneurie appartient au Baron de Iausse.

Meminit quoque præfatæ imaginis Deiparæ Augustinus Wichmans in Brabantia Mariana lib. 2. cap. 47. verba eius ipsa ponemus.

Quamvis pleraque primitivæ nostræ Christianitatis antiqua vestigia, per frequentes barbarorum in Belgium irruptiones extincta sint, vel penitus obscurata: non omnis tamen nostra gloria ivit in favillas, sed nonnulla hinc inde, etiam in Brabantia nostrâ eius supersunt non fallacia monumenta, &c. Inter hujusmodi sacra Loca, recensenda venit Ecclesia Mariana in Gallo-Brabantia supra Geldoniam, Namureum versus sita, vulgò *Nostre Dame d'autre l'Eglise*, quasi dixeris, *Divâ Virgo alterius Ecclesia*; quod cognomen etiam pago in quo sita est, adhæsit, vernaculè, *Autre-Eglise*.

Constans verò & firma traditio est, Ecclesiam hanc à D. Materno Tungensium Episcopo, & Belgarum, imò & ipsius Brabantia primo Apostolo, in honorem sanctissimæ Dei-paræ fuisse consecratam, prout etiam antiquæ eius Ecclesiæ tabulæ atque inscriptiones, clarè significant. Inter cetera Gallici hi leguntur ibidem vetusti sæculi & stili vestigii:

Du temps de S. Matern en l'an III. & huit

Florissant lors au monde, jusque à cent & xxviii.

En ceste l'Eglise presente ai esté erigée,

Et n'at la terre Belgique, plus ancienne renommée.

Autre-Eglise port son nom, en plusieurs lieux redonde;

Car apres ceste de Tungre, ceste icelle la seconde.

Et iterum eodem facientia bina hæc disticha, prædictos versus quasi explicantia.

Creditur hoc Templum Materni tempore structum.

Non magis antiquam Belgica terra tenet.

Hic locus est (sic nos docuit non falsa vetustas)

In quo post Tungros Altera Sacra viget.

Itaque quodd præter illam Marianam Tungensem, nulla alia in his partibus esset Ecclesia; dicta fuit hæc, *Alterâ*, sive, *Secunda Ecclesia*. Quibus confirmandis ipsa structura suffragatur, quæ summam præ se fert vetustatem, & longævæ ætatis non obscura vestigia, præter turrim, quæ paucis ab annis vi turbinis dejecta, ad modum & formam præsentis hujus sæculi est erecta. Sanè D. Maternum in hoc tractu verbum Fidei prædicasse, & Ecclesias plures in honorem Dei-paræ consecrasse, multis supra l. i. c. 4. à me fuit demonstratum: ut non sit mirum vel paradoxum, si etiam hoc in loco idem fecerit; maxime tot sæculorum traditioque, alijsque testimonijs suffragantibus. *Traditio est*, inquit Chrysostomus, *nihil aliud quaras*.

Imago Dei-paræ quæ in hac Ecclesia colitur, & miraculis admodum gloriola est, quatuor pedum longitudinem non excedit: ad quam numerosissimus populi confluxus & peregrinatio. Singulariter autem ab hereticis invocatur, ipsdemque sanitatem & consolationem solet impartiri. Sed potissimum pro infantibus ne in utero extinguantur, vel extincti in lucem editi, ut reviviscant, ejus patrocinium contuevit hic implorari.

Cæterum quod ad *Alteram Ecclesiam* spectat, gaudet ea Mariana Sodalitate à diversis Pontificibus confirmatâ, eorumque largis Indulgentijs dotatâ; sicut & parte *vestimenti* B. Virginis Mariæ, ac Crucis Dominicæ, de quâ salus mundi pendit; nec non etiam plutium aliorum Sanctorum: quorum omnium sacrorum pignorum syllabus ibidem conspicitur. Sed & insuper ex ejusdem Ecclesiæ Archivis hæc habeto: *Quidam frater Albertus de Colonia Ordinû Fratrum Predicatorum, Episcopus olim Ecclesiæ Ratisponensis, requisivit in Ecclesia beatae Mariæ de Alterâ Ecclesia. Albertum Magnum hunc esse liceret adleverare, nisi Abrahamus Bzovius in suis, ad Baronij, Annalibus continuatis, pluribus adfereret, eum diem extremum obiisse Coloniae, Episcopatu antea de consensu Romani Pontificis derelicto. Fuisse interim eximium Dei-paræ cultorem, ex eodem Bzovio constat: à quâ etiam in susceptæ Religionis proposito, de quo deferendo, jam nimis-quam ob ingenij hebetudinem deliberaverat, mirabiliter de eodem fuit corroboratus, & admonitus, quòd circa vitæ extremum.*

memoriæ lapsum esset passurus. Quod eadem quoque contigit, in pleno auditorio, omnium antè scitorum planè oblitus, subito obmutescens.

Illud nihilominus ex nostratum Historicorum fidelioribus scriptis unanimi consensu absque contradi-
one habemus, Albertum Magnum Brabantinas hæc partes peragrassè, in ijsque non obscura sui vestigia reli-
quissè. Ita enim Iustus Lipsius l.2. Lovanij à se descripti, cap.16. *Fama tenet Albertum Magnum Ratisponen-
sem Episcopum huc venisse (Lovanium scilicet) & altaria quadam in anteriore templo sacrasse anno 1276. Et Scri-
banus in Originibus suis Antverpianis, iisdem pænè verbis de Templo Dominicanorum Antwerp. hæc ait :
Fama tenet Albertum Magnum Ratisponensem Episcopum anno 1271: illud sacrasse. Sed mirandum quod subdit
Lipsius : Aiant & discipulum eius, inclytum illam D. Thomam Aquinatem comitem fuisse ; qui & Lovanij traditur
Evangelium de pulpito cecinisse, quod hodieque Dominiani asservant. Quomodò enim comes Alberto fuisse po-
tuit divus Thomas Aquinas in consecratione istorum Altarium Lovaniensium, qui omnium consensu anno
Domini 1274. ex vivis migravit ? Nisi dicere velimus, in Antverpiani Templi consecratione cum comitem
fuisse, ac deinde hinc iterum discessisse, Alberto Magno apud nos remanente. Quæ omnia istorum curiosis
lubens relinquo latius discutienda.*

CAPUT VIII.

De Dominio & Vico Gesteau.

DE loco hoc, commemorat quoque Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, his verbis:
La Seigneurie de *Gesteau* est une Cense ou Hambeau dependant, si la memoire ne me trompe, de la
Paroisse de *Mont S. Audré* ou *Bomale* ; contient deux cent quarante sept bonniers de terre. Je la trou-
ve nommée és Registres feodaux de la Dame de Nivelles, ou est denommée une terre censale joindante à
S. Leonard de Gesteau, argument infallible qu'il y at eu quelque Chapelle ou Benefice, & l'on n'austeur
qu'il y at à *lauchellet* des heritages qui en dependent.

LIBER VII.

Continet Præfecturas Jandranensem, Orpiensem,
Hanutensem & Hanutum Oppidum cum
appendicibus.

PRÆFECTURÆ JANDRANIENSIS.

CAPUT I.

De Dominio & Pago Jandrain.



Andranium quod vulgus sciolorum *Jandracum* vocat, & annexit vocationi *Fabellam*.
Fuisse nimirum his locis tyrannum aut certè prædonem egregium ob efferos mores *Dra-
conis* nomine celebratum, qui adeo serpentis istius effigiem scuto & ostio suis inscrip-
tam præferbat, & denique animo & vita in melius mutatis munificus in vicinum palatio
cœnobium, insuper sanum Apostolorum Principi suo ære, suo in prædio constituit.

Etiamsi inveniam Nobiles quosdam cognomento de *Jandraigne* in annalibus nostris, ta-
men quantum Archiva curiæ referunt Dominium pagi penes Principem mansit (& lege
Lovaniensi utitur,) nisi qua vicinus *Lacheæ* Baro senatum constituit & tribunal medijs
juris. Pastorem dat Abbas *Helechemensis*. Hactenus *Gramaius*. Ex relatu seniorum, ex traditione & codice
vetere isthic illi ostenso, vestigijsque palatij, &c.

Calendarium Camere Rationum Ducatus Brabantie, descriptum de Dominijs pigneratis, repigneratis
ac venditis memorat quoque *Jandraniam* his verbis.

Jandrain & *Jandnnou* furent engagez le 17. d'Aoust 1630. à *Lovis* le Comte dict d'*Orville* pour 3000.
flor.

Et vendu absolument le premier Juillet 1648. au Baron de Iache pour autres 4000. flor.
Ioannes Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia eadem fere habet quæ Gramaius, additque : La Ma-
yerie de Landrain est annexée au Tour de Rolfe des Archers de Corps du Roy lequel l'An 1630. exposa en
vente Landrain & Landrinoul en toute Justice.

CAPVT II.

De Dominio & Pago Jandrinoul.

In Andranoliolum, Marilla, & Amynium Principis sunt, in factis Abbam Helechemensem, Abbatissam Ra-
mencensem, & Capitulum Fosscose patronos habentia. Ita de locis istis Gramaius.

Porrò paruit ex schedis Principis, capite præcedenti exhibitis, Landranoliolum à patrimonio & aula Bra-
bantia Ducis fuisse abalienatum anno 1648. emptumque à Iachez Barone.

CAPVT III.

De Dominio & Pago Marilles.

In Diario Cameræ Rationum Ducatus Brabantia, conscripto de Toparchijs abalienatis memoratus etiam
Marilla.

Marilles fust. engagé le 17. d'Aoust 1626. à Cornille de Wytstiet puer 2100. flo.

Et vendu absolument le 26. d'Octobre 1648. à Jacques Druhot pour autres 2500. flo.

Ioannes Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia, tradit ista.

Le Village de Marilles a donné le nom à une noble famille, de laquelle vers l'an 1330. vivoit en Brabant
Jean de Marille Chr. qui de la fille de Thibaut de Surler procrea Nicola de Marille & une fille aliée à Wery
de Brialmont fils de feu Wery-Guillaume de Chaynée, ce Nicolas epousa la fille d'Arnould de Hemprine
Chevalier, de laquelle il avoit des enfans du temps que le Seigneur Chevalier de Henricourt escrivoit sa chro-
nique ou Miroir des nobles de Hasbaye.

La hauteur de ce lieu at esté acquise du Roy l'an 1648. par le Sr. Druhotte assez cognu & renommé par sa
valeur & experience au fait de la guerre. Il estoit fils de François Capitaine au service de Sa Majeste Bour-
gonnon de nation & natif de ce lieu ausy bien que son frere également vaillant & genereux.

Le Comte de Riviere at une partie de sa Seigneurie de Goulard, enclavée en Marille, ou il tire cens & ren-
tes sans toutes fois y avoir une Cour.

Le Chapitre de St. Denys à Liege y at une Cour & Seigneurie Fonciere que l'on nomme l'Escholatrie.

Le Sr. Borchgrave Seigneur de Beveringhe y at pareillement une Cour & une Tour nommée la Seigneu-
rie de Brehuin.

CAPVT IV.

De Dominio & Vico Nodrengé.

Ioannes Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit hujus Toparchia, his verbis.

Nodrengé est une Seigneurie enclavée en Brabant, mais appartenente au Chapitre de Liege, procedente
du patrimoine des Pere & Mere de S. Lambert; elle est Franche de toutes tailles tant reeles que person-
nelles, meisme de logement de Soldats quoy que ce la ne s'observe. Elle est située à deux lieux de Thille-
mont & autant de Hannut, souz la Paroisse de Marilles ou d'Aishine. Le Chapitre de Liege y pretend droit
de Souveraineté, & donne remission d'homicides & la croyence vulgaire est que c'est terre de Liege, mais
que les hommes appartiennent au Duc de Lothier. Elle suit neantmoins la coustume de Louvain & y resor-
tit, & de la au Conseil de Brabant: ou les habitants du lieu par une resmonstrance qu'ils y firent l'an 1636.
disent qu'elle ressortoit auparavant de Liege, & que cela avoit esté changé, lors que le Duc Charles de Bour-
gongne revyqua de Liege l'ancien ressort du Wallon-Brabant, ensuite du placcart par luy decreté.

CAPUT V.

De Dominio & Pago Molembais St. Pierre.

Molebaisum S. Petri etiam Principem undequaque agnoscit, nisi qua Dominus Linsmalienſis solet suum cum jurisdictione offerre peculium.

Ecclesie Abbas Helechemensis provider. Hactenus Gramaius: Iſtis adjungemus, quæ leguntur in Calendario Camere Rationum Ducatus Brabantie conſcripto de Toparchijs abalienatis.

Molembais S. Pierre & Aymines fuerunt engagez le 3. d'Aouſt 1626. à Philippe d'Outremont pour 2600. flor.

Et vendu absolument le 11. de Mars 1648. à Maſſin de Labbaye pour ſon Command pour autres 3800. flor. Ioannes Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit quoque Molembaisj, his verbis.

La famille iſſue de ce lieu portoit jadis d'argent à quatre falces d'azur. Et la Seigneurie appartenoit pour une partie au Duc & pour l'autre au Seigneur de Linsmeaux.

Soub la Duchesse Ienne, Colard Keyneuart en estoit Seigneur l'an 1348. Ernould de Molembais Chlr. transporta à Meſſire Guillaume Davelos Chlr. 160. vieux escus de rente qu'il tenoit en fief de Ienne Duchesse de Luxembourg sur les fiefs & terres de Bromes & Cypely. *Reperitior* des chartes de Namur.

CAPUT VI.

De Dominio & Pago Aymines sive Aynines.

Patuit ex schedis Camere Rationum Ducatus Brabantie, exhibitis capite præcedenti, Aymines sive Aynines, Gramaio Amynium, tempore Philippi IV. Hispaniarum & Indiarum Regis abalienatum venditumque Maſſino de Labbaye anno 1648. Põnd cum inibi dicatur prædictum de Labbaye emiſſe tanquam negotiorum gestor, pour son Command, quifnam fuerit verus emptor hactenus ignoramus, inquirendum utique.


CAPUT VII.

De Dominio & Pago Mont-à-Fauche.

Iathez, inquit Gramaius, tam quoad situm quam nomen affines pagi MONS JACHEZ ET JACHOLA. Ille summi agnoscens Toparcham. Mons Jachez jampridem Baronatu annexus, comprehenditurque sub hac Jandranienſi Præfectura: Porro Jachiola noſtratibus Jauchelet, longius inde diſtat annumeraturque Præfecturæ Jachenſis, illicque de pago iſto cænobioque inibi condito, egimus, idcirco huc non reducendus.







Sub tumba in medio hujus chori sepulta sunt etiam corpora Nobilium D. Philippi A. Lalaini secundi Comitis de Hochstraten sub imperio
 tiff. Caes. Caroli V. Ducis Seldriae gubernatoris generalis. nec
 non D. Annae ex Barcnbrus de Renneberch ejus contortus etc.

Philippus de Lalain Hochstraten Comes et Sombrefie Baro,
 exhibitio, pagina praecedenti, uti caenotaphium memoriae

del. et fuit
 de quo hoc capite facta mentio. quiescit quoque in sepulchro
 eius positum testatur. Vide Not. Mar. S. R. I. Lib. VII. cap. I.

PRÆFECTURÆ ORPIENSIS.

CAPUT I.

De Dominio, Monasterijs & Pago Orp le Grand.



PRIMUM locus ab antiquo & non uno titulo notus.

Quia nimirum, an. 698. Alpais Pipini pellex ob sanctissimi Antistitis Lamberti cædem malè sibi conscia & adeo gravi mærore confecta in monasterium hic constructum se conclusit, & protervæ libidinis triumphum perpetui claustrî asperitate pensavit. Tumulum eius & inscriptionem Alpaidis Comitissa, Combrata Pipini Ducis, ante has turbas fuisse accipi in Ecclesia majori, sed nunc ne vestigium quidem est.

Præter Alpaidem celebris est Orpij memoria S. Adiliæ, quam D. Bavonis sororem suspicor; licet m. s. codices patre Adelrico Duce, avo Lintherico Majore domus Franciæ natam tradunt. Ut ut est Sanctimonialibus hic præfuit & hospitalitati; Et cum ob difficilem montis (in cujus præcipitio situm erat cœnobium) ascensum rariores adventarent peregrini, mutato ipsa domicilio in valle ad eam D. Martino (alij tradunt, Joanni) dedicans misericordiæ operibus totum vitæ spacium impendit, post mortem miraculis clara. *Manuscriptus Rubrae-vallis parte 2. vita 3.*

Nec hujus nec superioris monasterij ulla extant vestigia, celebris tantum S. Adiliæ fons, cujus aqua epota multis opem tulit cum morbo luctantibus. Hactenus scriptor ille; Molanus autem testatur, ex historia propriæ Ecclesiæ & narratione Petri Longolij Pastoris ibidem, Adiliam claruisse temporibus Childerici, quem arbitramur fuisse istius nominis secundi, per insidias occisi ut tradunt Annales Francorum anno 679.

Aubertus Miræus in factis Belgicis & Burgundicis scribens de S. Oluino ad 25. Junij, secundo, inquit, lapide ab Hugardia & à Thenis opido, visitur *Orpium mains*, pagus Brabantiæ celebris, in D. Namurcensi: ubi eadem *Alpam*, ad meliorem frugem convertita, monasterium Virginum fundarat, quod à Normannis aut alijs barbaris eversum putatur. Alpaidis autem tumulus in Orpiensi templo Parochiali, retro aram Deiparæ anno 1618. est inventus. *Hæc ibi.*

Annales Francorum ab anno 714. usque ad annum 883. ab anonymo, sed vetusto auctore scripti, & à Petro Pithæo editi, tradunt Pipinum prædicto anno 714. mense Decembri Jopitiæ expirasse, Calorumque filium ex Alpaide procreatum suorum principatum scriptis hæredem.

Astipulatur Sigebertus in Chronico ad an. 714. his verbis *Pipinus Princeps obiit, & filium suum ex Alpaide Karolum Tudetem, sive Marcellum cognomato, principatus sui heredem reliquit &c.*

Petrus Divæus Rerum Brabanticarum lib. 1. cap. 3. pag. 7. scribens de eodem Pipino; *Alpaidem*, inquit, ex *Romandus nobilem Virginem Pluithrudæ conjugii superduxit*. Porro Continuator Fredeg. cap. 102. *Pipinus*, inquit, *aliam duxit uxorem nobilem & elegantem, nomine Alpaidem*. Hæc *Alpais* postea Orpij monasterium struxit in eoque Sanctè vixit obiitque, fundato quoque in sui juris Dominio Hugardiensium Canonicorum Collegio, ultimisque tabulis Comitatum suum *Twinensem*, (in quo *Turina*, *Bavechinum*, *Hugarda*, *Luminium*, *Hoxemium*, agrique circumvicini) Ecclesiæ Leodiensi legavit; Indeque evenit, ut ad hæc usque tempora, Leodienses tam latè in ipsa Brabantia interiora dominantur, inquit Divæus Rerum Brabanticarum lib. 1. cap. vi. Nec non prædicta *Alpais* Geldoniam Comitatum suum Brabantia Principi transcripsit ea lege ut esset fidelis Avocatus Ecclesiæ *Hugardiensis*. Multa de Pipino & *Alpaide* fabulosa scripta sũere, & ab aliquibus hæc *Alpais*, confunditur cum alia *Alpaide* Hugardiæ Comite de qua *Fisen* memorat ad annum 980. lib. vii. pag. 242. & seq.

Augustinus Wichmans in Brabantia Mariana lib. 3. cap. 30. pag. 690. & seq. de Orpio tradit ista.

Orpium Magnum, Walonibus, *Orp le Grand*, nobis, *Adorp*, in Diocesi quidem Namurcensi est, sed sub Brabantia. Quiescit hic, & in magna veneratione est, corpus *S. Adiliae Virginis*, quæ ibidem sanctissimè vixit, & sacris virginibus præfuit. Candidit enim hoc loco Monasterium Pipinus Herfaltenfis circa an. 700. in expiationem sacrilegæ cædis D. Lamberti, cui, pœnitentiæ agendæ, inclusa fuit nefaria illa pellex, *Alpais*. Quam mortuo Pipino extractam, Plaudus Comes, frater S. Lamberti, dicitur igne combussisse. Porro, festo D. Michaëlis, incredibilis hæc hominum concursus est, ut sæpius vidi, quando feretrum S. Adiliæ solenni Subplicatione circum-ferretur. Anno autem 1339. pervenit ad Cœnobium Tungerlo, Ecclesiæ Orpiensis cum appenditijs alijsque juribus ac redditibus, idque viâ emptionis, ab Abbate *Bona Spei*, qui eadem ab Abbate Florinenti D. Benedicti Diocesis Leodiens. are tunc gravato, antea emerat. *Hæc ibi.*

Orpiense Dominium antiquitus Ducum Lotharingæ fuit, astipulatur Gramaius dum ait, *Vi Orpium mains ita Nodabafum, Marefsum, Pelania, Elbertinticum villæ in hoc tractu, alium à Principe Dominum non habent.*

Porro res se sic habuit quando Gramaius scripsit: mansitque ad tempora Philippi IV. Hispaniarum & Indiarum

diarum Regis sub quo, loca illa à patrimonio Principis fuere abalienata, primò pignori data, postmodò in perpetuum dividita, uti mox de singulis demonstrabitur.

Legimus enim in adversarijs Camerae Rationum Ducatus Brabantiae, conscriptis de Toparchijs pigneratis, repigneratis, ac venditis :

Orp le Grand, Libertange, Pelaines, Hampteau, furent engagez le 29. d'Aouft 1630. au Sr. Philippe de Vlierden pour quatre mille florins.

Et vendues absolument le 27. de Juillet 1638. au Comte d'Esseneux pour autres six mille florins.

Pater itaque Orpium maius à Rege transcriptum jure pigneratio Philippo de Vlierden, ac tandem venditum Comiti d'Esseneux, penes quem hesit in annum 1687. quando in auctione publica habita Bruxellis in Camera seu tribunali Uckelenfi Dominia de Orp le Grand, Pelaine, Marz, Libertange, & Hamptean, fuere dilatacta per Curatorem domus mortuarie Ludovici Conrardi d'Argentau Comitis d'Esseneux.

CAPVT II.

Disquisitio de causa necis illata S. Lamberto Tungrorum & Trajectensium Episcopo.

Diximus capite præcedenti, multa de Pipino & Alpaide fabulosa fuisse scripta; ad verò rectè & æquus lector hac disquisitione perlectâ judicabit.

Robertus Bellarminus, alter Augustinus sæculi nostri, scribens de Metaphrasæ operibus: *Illud autem, inquit, est observandum, à Metaphrasæ scriptis fuisse historias de vitis Sanctorum, multis additis ex proprio ingenio, non ut res gesta fuerunt, sed ut geri potuerunt: addit Metaphrasæ multa colloquia sive dialogos Martyrum cum persecutoribus, aliquas etiam conversiones Asiantium Paganorum in tanto numero, ut incredibiles videantur: denique miracula plurima & maxima in eversione templorum & idolorum, & occisione persecutorum, quorum nulla est mentio apud veteres historicos.*

Idem quod Metaphrasæ, fecerunt alij plurimi, in conscribendis Sanctorum historijs, magno & irreparabili Ecclesie damno, quæ rot insignibus & irrefragabilibus miraculis fulta, figmentis non indiget: hinc enim evenit, ut animi circa sacra diversum à Romana Religione sentientes, portentosissimis fabulis Alcorani, & Talmudi, Legendam æquiparaverint. Verulamius serm. xvj.

Non intendimus antiquorum auctorum scripta temerè convellere: non etiam æternas infamiae maculas nomini optimi Principis Pipini inurere: uti omnium primus Anselmus Caonicus Leodiensis alijque cum secuti fecere. Sed tantum, ut suus sit veritati locus, constitutum veterum scriptorum monumenta proferre, singula suis temporibus affigere, ac rationum calculos in utraque parte ponere, ut ex iis quid sentiendum sit, ipse nobiscum lector arripiat, ac nobiscum etiam admiretur, quam immeritò, atrocibus injurijs, ab aliquibus Ecclesiasticis scriptoribus, labefactata sit, gloria Principis, de Ecclesia ac Rep. Christiana optimè meriti, quique S. Willibrordum ejusque socios, aliosque viros Apostolicos protexit, fovit, ac bonis accumulavit: Sanctum quoque Lambertum in Trajectensi Præfulatu relocavit.

Nam quod eundem Episcopum subisse martyrium scribant, quia Pipinum de illicito connubio Alpaidis increpaverat; verisimile non est; quippè à nullo traditum auctore, qui eo sæculo aut proximè sequenti vixerit, uti mox demonstrabitur.

Causam necis, Sancti Lamberti, hanc unicam tradit Godefscalcus; scilicet, duo fratres, Gallus & Rioldus vocati, appetentes cum convitijs & consumelijs, & in rei familiaris direptione, gravibus dispendijs opprimentes. Occiduntur à Petro & Andoleto, cognatis S. Lamberti. Horum (scilicet Galli & Rioldi) consanguineus quidam, Dodo vocatus, de Primatibus Palatinis unus, uspotè Pipini Ducis familiaris, abundans possessionibus, multorum servorum, & militum consipatus obsequio, & Comitatu, cum audisset affinium neces, ad vindictam expetendam animatur, & sanguine sanguinem judicavit ulcifendum.

Et veritus sibi opprobrio reputari, si ipse summus, in inferiores personas, gladium suum desecletet, & sanguine vitium hominum cruentatum pollueret; erexit animum, & manus, ad ferendum caput illorum, qui mortem suorum amicorum, suo Episcopo devoverunt, & persolverunt. Quapropter, ceteris omiſſis, mors Episcopi devovetur mortibus illorum, & sanguis ejus, sanguini eorum, decernitur refundendus. Itaque, collecta manu &c. Hactenus verba Godefscalci quæ Pipinum neque Alpaidem criminantur, necis Sancti Lamberti: quin etiam ipsemet sanctus Præsul, eodem prodente auctore, omnem culpam ingerit in consanguineos suos, ob cædem in Gallum & Rioldum commissam, quos ad Martyrium hortatur, his verbis: Recordamini verò, vos reos fuisse criminis hujus, capus nunc ultio expeditur; idcirco non superſugiatis præsentis mortis correptione expiari, certi quod puniat Deus omne peccatum, quod ad penam, vel penitentiam, vna conscientia non adduxit. Horrendum est enim incidere in manus Dei viventis, quibus puniendum referatur cor impavens. Veruntamen peccatam, quod spontanea afflictio absolvit.

in ipsam Deus manum vindicem non extendit. Procedite ergo, & immolandos vos afferte, & si iniuste immolamini, imprecationem Zabarai occisi inter templum & altare, illis acclamate: Vidcat Deus & iudicet.

Ex illis satis apparet Dodonem ultionem in S. Lambertum parasse, ob eadem consanguineorum suorum, patratam à cognatis Sancti Præsulis, non autem intincta Alpaidis ob reprehensum de illicito connubio Pipiniani, multò minus iussu Pipini.

Porò audiannus Benedictinos, de re illa differentes cum sanctum Lambertum Ordini suo adscribit.

Acta Sanctorum Ordinis sancti Benedicti collegit ætate nostra Dominus Lucas d'Achery, Congregationis S. Mauri Monachus, ac cum eo edidit D. Joannes Mabillon, ejusdem Congregationis, qui & universum Opus, Notis doctisque observationibus illustravit. Is itaque Scriptor in Commentario ad vitam S. Lamberti, ita fatuit.

Sanctus Landebertus seu Landbertus, Landbertusve, posterioribus Lambertus Trajecti Mosani Episcopus, plures habuit vitæ suæ scriptores. Godescalcum Diaconum Leodiensem supparem; Stephanum Episcopum Leodiensem ineunte sæculo x; Anselmum ejusdem Ecclesiæ Canonicum medio sæculo xi; Nicolaum itidem Canonicum, & Reinerum Monachum sæculo xii; denique Ægidium Auræ vallis Cœnobitam medio sæculo xiii. Feliciore certè futurus si vel unicum, cumque diligentem habuisset.

At S. Landeberto id quod pluribus sanctis accidit, ut dum Auctores, alius post alium, ipsius res gestas illustrare exornando amplificandove moliti sunt, eas econtrariò incertis ac fabulosis narrationibus ineptè obscurant atrocibusque mendis fœderunt. Hæc illi.

Carolus le Coïnte in Annalibus Ecclesiasticis Francorum Tom. 3. pag. 34. habet ista.

Antequam res à Beato Lamberto gestas aggrediamur, operæ pretium ducimus differere de scriptoribus, à quibus potissimum fuerunt in litteras relatæ, ut intelligas quis cui meritò sit anteponendus. Omnium antiquissimum nomen suum reticuit, magna ex parte per fragmenta publicatus fuit à Duchesno, Tom. 1. coll. Hist. Franc. Coætaneum se ulendit his verbis. *Electus Dei Landebertus Pontifex perrexit ad Monasterium, quod vocatur Stabolanus, nec amplius in obsequium eius remanserunt quàm duo pueri. Qui unus ex eis nomine Theodocus multum nobis de vita & operibus eius solius est narrare. Hunc Anonymi nomine citabimus. Ætate proxima fuit Godescalcus Diaconus sub Agilfrido Episcopo, qui quartus post Sanctum Lambertum sedit, priorem Authorem, ut ex utriusque collatione constat, legit expolivitque.*

Rennerus verò Monachus prædictum Anonymum haud oovit, sic enim locutus est de Godescalco. *Vitam Sancti Lamberti primus scripsit iussu Agilfridi Episcopi Godescalcus Diaconus, ipsius Congregationis Clericus, qui suis temporibus Pipini & Caroli Magni. Cantius Tomo secundo antiquæ lectionis, Godescalcum publicavit, ratus illum ipsum esse quem Godescalcus præ manibus habuit; errorem ostendit Godescalcus editus à Chapeavillo.*

In Catalogo Leodiensium Antistitum Stephanus post Agilfridum sexto loco numeratur, & in Sigeberti Chronico Pontificatum dicitur abeptus anno tertio supra nongentesimum, hic autem Stephanus ex Clerico Meientensi Episcopus Leodiensis, ut Sigebertus in libro de illustribus Ecclesiæ Scriptoribus testatur, *Vitam & passionem Sancti Lamberti scriptam inculcavit à Godescalco Clerico, scriptam urbanus ad Hermannum Colonia Archiepiscopum.*

Anselmus Canonicus Leodiensis elogium Sancti Lamberti inseruit Historiæ Leodiensî &c.

Idem Le Coïnte Tom. iv. pag. 476. hæc quoque habet.

Anselmus Leodiensis Canonicus, qui floruit undecimo sæculo, primus omnium excogitavit aliam causam, quæ Zelum Religionis in Sancto Lamberto accenderit, ut Regiam domum increparet. *Talibus, inquit, virtutum &c. Quæ apud Chapeavillum lectæ inveniet.*

Vitam posteriorem hæc causam, de qua nullum apud antiquiores Auctores verbum, avidissimè amplexi sunt qui vitam Sancti Lamberti post Anselmum Scripserunt, Sigebertus, Nicolaus, Rennerus, & Ægidius.

Sigebertus Monachus Gemblacensis vivebat adhuc anno Christi millesimo centesimo duodecimo, quo chronicon suum absolvit.

In illo opere ad annum Christi duodecesingentesimum, quo mortem Sancti Lamberti malè consignat, hæc scribit: *Sanctus Lambertus Pipinum Principem increpare ausus, quòd pellicem Alpaidem Plestrudi legitima uxori suæ superduxerit, à Dodone fratre ipsius Alpaidis Leodij martyrizatur.*

Idem auctor vitam Sancti Lamberti retulit in litteras, ut observatum est supra, sed ea lucubratiò hodie non extat.

Ex chronico proximè citato, quid de nece Sancto Lamberto illata senserit, satis intelligitur.

Causâ enim Martyrij, quam scriptores antiquissimi publicaverunt, silentio prætermisâ, protulit tantum alteram ante aliquot annos ab Anselmo primùm excogitata. Hic observa quâ fraude mendacium veritati paulatim succedat.

Auctor coætaneus, alijque complures, per tria sæcula cum dimidio & amplius, causam, quæ Dodonis odium in Lambertum Episcopum provocavit, unam eandemque constantissimè recitarunt.

Post tantum temporis intervallum, post unanimum consensum tot Auctorum, Anselmus alteram, cui Chronologia refragatur, pro lubitu causam adinvenit, adjecitque superiori quam reticere non ausus est ob numerum ac dignitatem tot scriptorum simul conspirantium.

Sigebertus paucis post annis audacior factus est Anselmo; priorem, quæ tot Auctõribus innitebatur, omisit causam; posteriorem, quam haud pridem Anselmus finxerat, solam commemoravit.

Nicolaus Leodiensis Canonicus, Sigeberto Monacho Gemblacensi paulò recentior. Imitatus est Sigebertum, nec aliam ab ea, quam ille, solam odij contra Lambertum suscepti causam exposuit prolixo admodum stylo. Cap. 14. 15.

Renerus ad sanctum Laurentium prope Leodium Monachus, Nicolao Canonico Leodiensi paulò recentior, à Godescalco quem præ manibus habuit, & à Stephano qui Godeschalco expolire studuit, non debuit recedere, recessit tamen plurimum, nec ulli præcatorum Auctõrum adhæsit, novam enim historiam concinnavit, duasque causas necis illatæ sancto Lamberto, quas Anselmus apertissimè distinxerat, eadem narratione involvit permiscuitque Cap. 16. 17.

Renerus Dodonem vocat fratrem Alpaidis. Id non accepit à Godescalco, sed ab Anselmo, aut à quopiam recentiore, quem Anselmus decepit. Anselmus enim, ut fabellæ, quam tenebat, fidem facilius conciliaret, Alpaidem Dodonis sororem primus finxit. Commentum auget Renerus, Alpaidem enim appellat neptem Galli & Rioldi, sed non explicat satis dilucidè, quomodò eadem esset soror Dodonis, & eorum neptis qui Dodonis essent consanguinei &c.

Ægidius Auræ Vallis Monachus anno Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo primo desijt scribere. Vitam Sancti Lamberti ab Anselmo compositam varijs auxit additamentis, quæ consuli possunt apud Chapevillium Tom. I. At ubi sermonem de Martyrij causis instituit, præ cæteris odisse veritatem visus est.

Apud Anselmum legit duplicem causam, unam indubitam, quam ab Anonymo coætaneo, à Godescalco, à Stephano, alijsque præcis Scriptoribus editam Anselmus reticere non ausus est; alteram commentitiam, cujus Auctõr Anselmus. Neutram omittere debuit, priorem tamen omisit textu Anselmi per malitiam decurtato.

Tibi, Lectõr, ob oculos exhibuimus Auctõres, qui seu benè seu malè per annos ferè quingentos ac quinquaginta scripserunt de causa necis illatæ sancto Lamberto. Supercedemus alijs, qui posterioribus sæculis Ægidio nimium facile crediderunt. Hi vetustissimos ac propter antiquitatem probatissimos Historiarum & Martyrologiorum conditores, apud quos, in Martyrio S. Lamberti, nulla mentio fit Alpaidis, vocant in suspicionem adulationis, eosque, ut Renerus de Godescalco dixit, asserunt parum libero ore locutos esse de causa illius Martyrij, ne sui temporis Regibus culpam majorum suorum viderentur exprobare. Sed qui cæteros adulationis insimulant, ipsi semetipsos produnt ad maledicendum, quod pejus est, sponte proclives, nec ullà dignos fide.

Verùm ut hæc ratio valuerit in Godescalco, inquit Mabillon; cur eam causam dissimulavit Stephanus, qui sub extremis Carolinæ stirpis Regibus vivebat? Sanè longè atrocior erat fabula de Caroli Martelli damnatione: quam tamen *Hincmarus* Remorum Archiepiscopus, *Adrevaldus*, alijsque Auctõres, imperante Carolo Calvo Martelli abnepote, in vulgus jactare non dubitarunt. Undè omnino incertum videtur, an Landebertus ob increpitem de pellicatu Pipinum cæsus sit, at verò alienum omnino videtur à tanti Principis bonitate & clementia, ut cædis istius fuerit auctõr. Hactenus Scriptor ille.

Verùm enimverò, idoneis testimonijs & argumentis validissimis & consecrarijs, *Pipinus & Alpais* vindicantur à calumniis, à Catolo le Cointe in Annalibus Ecclesiasticis Francorum ad annum 708. N. 26. & seq. quæ omnia longum esset transcribere.

Poriò prætermittenda non sunt quæ scribit *Adrianus Iordan*, Historiæ Franciæ & Regiæ Domus. Tom. 3. pag. 569. & seq. his verbis:

Ce fut aussi au commencement de ce Regne, que Pepin se sepata de Plestrude sa femme, & espousa Alpaide &c. Nous ne savons point d'autre sujet de ce divorce, que la grande passion de Pepin pour Alpaide &c. On ne doit point douter qu'il n'ait espousé Alpaide dans toutes les formes; les Historiens contemporains parlent d'elle comme d'une femme legitime.

Habebar Pipinum filium ex alia uxore, nomine Carolum. *Gesta Reg. Franc. cap. 49.* Pipinus aliam duxit uxorem nobilem & elegantem, nomine Alpaidem, Continuat. *Fredeg. cap. 102.*

Jay desia dit ailleurs, que bien que la Loy Chrestienne ait tousiours defendu ces sortes de divorces, & ces mariages, les loix humaines neanmoins le permettoient encore en ce temps là, mesme parmy les Chrestiens.

Et ces seconds mariages n'avoient rien de honteux ny d'infame dans le monde; j'en ay raconté quelques exemples, & il y avoit une formule publicque, dont on se servoit, & qui donnoit tout pouvoit aux deux parties, ou de se retirer dans quelque Monastere, ou de passer à un second mariage selon qu'il aimeroit mieux. *Vi unusquisque ex ipsis sive ad servitium Dei in Monasterio, aut sepule matrimonij sociare se voluerit, licentiam habeat. Marculfus lib. 2. cap. 30.*

Il est vray que l'Eglise y a tousiours esté contraire; mais comme les grandes passions cherchent volontiers à s'autoriser de tout ce qui leur peut estre favorable, ce privilege de la Loy humaine se maintint encore long-temps, particulièrement parmy les Grands & les Princes, qui etendent toujours la licence, & souffrent plus malaisément la contrainte.

Quelques Historiens qui ont suivy un certain Nicolas Chanoine de Liege, lequel a escrit la vie de saint Lambert dans le douzième siecle, rapportent que les remootrances que le saint faisoit à Pepin, irritent Alpaide,

paide, & furent enfin la cause de la mort de ce saint Evêque. Mais les autres qui ont écrit avant ce Nicolas, & ont vu les choses de plus près, parlent tout autrement; & leur témoignage sans doute est préférable tant à cause de l'antiquité, que parce que Pepin & Alpaide estoient séparés il y avoit long-temps lors que Lambert fut assassiné l'an sept cens huit. Et Alpaide n'y eut point de part, puis qu'elle estoit séparée de Pepin dès le commencement du siècle, & retirée dans un Monastere.

L'Auteur Anonyme, qui a écrit le premier la vie de Saint Lambert, & qui estoit de ce temps là, & apres luy Godefralque, qui vivoit du temps de Charlemagne, de mesme qu'Estienne Evêque de Maëstrich, n'ont mêlé ni Pepin, ni Alpaide dans la relation qu'ils ont faite de l'assassinat de Saint Lambert: Ils rapportent une toute autre cause de sa mort. Adon à esté le premier qui apres cent quatre-vingts ans à imputé la mort du Saint à Pepin & à Alpaide. Reginon, Notker, & Sigebert ont parlé apres comme Adon. J'ay rapporté fidelement ce que les uns & les autres ont écrit de cette histoire, pour faire voir qu'on n'a rien ignoré & qu'on ne veut point prendre d'autre parti que celui de la verité.

Denique, Audiendus etiam est Hadrianus Valefius, Rerum Francicarum, Tom. 3. lib. 23. pag. 379. æditionis Parisiensis anni 1658. scribens ea quæ sequuntur.

Ceterum ne quis miretur Pippinum Principem viva Plectrude conjuge sua, Alpaidem in matrimonio habuisse puellam nobilem atque formosam, ex qua Carolum filium tulerit: notandum est morem fuisse Franciscis, uxores malè convenientes etiam gratià dimittere, itaut vir & uxor alterius matrimonij contrahendi haberent potestatem. Hunc morem indicat, qui apud Marculfum Monachum existat, libellus repudij. Multi igitur prætextes se cum uxoribus concorditer & mutuo amore vivere non posse, invitas dimittebant, ut alias ducerent. Nec Reges modò, qui quidquid libuerit licere sibi putant, ita faciebant: verum etiam privati, quos uxorum suarum fastidium ceperat, beneficio legis utebantur. Constat Beppoleni Ducis filium præter ceteros tres uxores, aliam post aliam, intra breve spatium repudiavisse. Id semper improbat ac multorum Conciliorum decretis damnavit Ecclesia, quæ nisi ob adulterium uxorem à viro dimitti vetuit, ac ne tum quidem post divortium factum aliam vivâ necchâ uxorem ducendi viro facultatem dedit, pro adultero habens atque à communione removens, qui duxisset. Sed nihilominus Pippinus Princeps amore Alpaidis captus fecit, quod apud Francos fieri solebat atque etiam licebat: puellam formæ excellentis vetulæ prætulit, atque effecit, & dimissâ Plectrude duxit Alpaidem. Sunt tamen, qui credunt numquam à Pippino repudiatam ac domo ejectam fuisse Plectrudem communium liberorum Drogonis & Grimoadi parentem, nunquam contra Canones legesque Ecclesiæ ductam in matrimonium Alpaidem. Quibus favere videtur Beda, quum tradit Pippinum Ducem Francorum interpellatum à Plectrude conjuge, quam Blittridem vocat, Suidberto locum habitandi in insula quadam Rheni dedisse. Certè haud parum simile veri est finxisse hoc in Principum suorum gratiam auctores, qui dominantibus Pippini posteris scripsere, & Alpaidem, quæ viva Plectrude justa & legitima Pippini conjux esse non poterat, uxorem Pippini posteriorem vocavisse, ne Carolus ex pellice susceptus crederetur, ne Regio generi aliqua inde nota inureretur. Hactenus Valefius.

Porro quæ ex Pseudo Marcellino in vita S. Swiberti, quæ in Surio reperitur, de Pipino & Plectrude referuntur, pro neutra parte merentur citari.

CAPUT III.

De Dominio & Pago Libertange.

P Atuit ex documentis quæ produximus capite primo, *Libertange* Dominium, à Principe transcriptum jure pignoratitio possidendum, famaliæ de *Vlierden* anno 1630. venditumque à Philippo IV. Hispaniarum Indiarumque Rege anno 1638. N. Comiti de *Esseneux*. Porro anno 1687. illud in auctione illa publica de qua egimus capite citato, acquisivit Josephus *Le Roy* dictus de *Euleghem*, sacri Romani Imperij liber Baro Cæsarisque Leopoldi nobilis *Dapifer*, *Gentilhomme de la bouche*, qui postmodum cessit fratri uxoris suæ, Petro Baltazari *Le Roux*, Renati Equitis Toparchæ de *Tercammen* filio, hodierno *Libertange* Domino.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, nihil prodit præter pauca hæc verba: Libertanges est appartenu au Duc.

CAPVT IV.

De Dominio & Pago Pelaine.

Pelaine olim Principis fuit uti diximus capite primo. Gentiles de *Flierden* obtinuerunt iure pignoratitio, anno 1630. & N. Comes de *Essieux* acquisiuit emptiois iure à Philippo IV. Hisp. & Ind. Rege anno 1638.

Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, scribit sequentia:

Pelaine at appartenu au Duc. Guillaume Comte de Namur avoit achapté l'an 1362. de Messire Arnould Sr. de Riviere & Quabeke diverses rentes affectées sur les Seigneuries Herfle, Quabeke, Lynsen & de *Pel-ten* qui furent remboursées l'an 1367. Reperit: de Namur n. 88. Du gré de la Duchesse Jenne. Ibidem.

L'an 1384. Guillaume fils aîné du Comte de Namur se deporta de l'assenne que sondit pere luy avoit fait des terres de Quabeke, Herfle, *Lynsen*, *Puchey*, *Pelaines*, de la maison de Bruxelles &c. Sauf Montaigle, Walcourt, & autres lieux outre Merlagne, à cause que sondit pere luy avoit baillé le Gouvernement de la Ville & Franchise de l'Escluse.

CAPVT V.

De Dominio & Pago Hampteau.

Hampteau sive Champteau utrumque legitur, de quo loco vide quæ scripsimus capite primo.

Ioannes *Blondeau* in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit eius his verbis.

Les habitans de ce lieu jouyssent d'exemption des tailles & subsides par privilege de quelque Duc de Brabant, pour avoir secouru & tiré la Princesse sa fille hors d'un marec ou elle estoit embourbée avec son carosse. Ilz croyent que ce fut la fille du Duc Pepin, mais à mon advis je croy qu'ilz se mesprennent. Le Roy exposa en vente l'an 1630. la haulteur de ce lieu en toute Justice.

Speçtat hodie hæc Toparchia ad N.

Nomenclatura iussu Principis edita de Dominijs & terris liberis, à nobis exhibita lib. II. cap. XI. comprehendit quoque *Hampteau*, quod obiter hic notare visum.

CAPUT VI.

De Dominio & Pago Noduzez.

Ephemerides Cameræ Rationum Ducatus Brabantia, docent Jurisdictionem bujus pagi, sub Philippo IV. Hisp. & Ind. Rege primò pignori datam, tandemque venditam, verba hæc sunt.

Noduzez fust engagé le 6. d'Aoust 1626. à Ernest de Renieres pour 2100. flor.

Et vendue absolument le 10. de Septembre 1648. à Massin de Labbaye pour son Command, pour autres 2400. flor.

Quisnam autem Massino de Labbaye emendi mandatum dederit, hæctenus non inquisivi.

CAPVT VII.

De Dominio & Pago Marez.

Augustinus Wichmans Brabantia Mariana lib. tertio cap. 37. demonstrare volens antiquitatem loci Abbatia de *Hellessem*, producit ex Testamento S. Everardi Comitis, anno 837. condito, pagum *Marezsem*, quem suspicatur esse *Marez*, non adeò dissitum à cenobio illo, sed an hic designetur dubito. Hoc constat, S. Everardum hoc in tractu prædia non pauca possedisse.

Speçtavit

Spe&avit olimi, Dominium hoc ad patrimonium aulamque Principis ut pleraque omnia in Brabantia, sub quo Duce quove anno fuerit abalienatum non deprehendimus hactenus, gnari tamen possessum hoc saeculo à N. Comite d'Esseneux.

CAPUT VIII.

De Dominio & Pago Orp le Petit.

Orpium minus Sombrefforum esse solet peculium, nunc puto Malevix Dominos hinc præesse, inquit Gramais, in Præfectura Orpiensi.

Ioannes Blondeau in Commentarijs de Gallo-Brabantia, tradit ista.

Soub les Ducs de Bourgogne Orp le Petit appartenoit encor à la famille de Sombreffe, & Guillaume de Sombreffe en estoit Seigneur qui l'a transmis à sa posterité.

Depuis Gerard vanden Dale qui avoit espousé Marie d'Aa vendit l'an 1477. ladite Seigneurie à Joffe vanden Eechoute avec celles d'Aa, Hoogensteyn, Mataigne le Grand & Sart en Faigne. Apresent elle appartient au Seigneur de Maleve.

CAPUT IX.

De Dominio & Pago Linsain.

Ioannes Baptista Gramaye postquam in Præfectura Orpiensi, perstrinxisset Orpium Majus, Nodebastum, Maregium, Pelania, Libertiniacum, Orpium Minus, subjungit, *Linsain* verò & *Linsmalia* & suo & familiarum suarum nomine illustres Toparchiaz. Illa quantum codices meminerunt à Merodijis possessa &c.

Ioannes Blondeau, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ita fatue :

Linsain ou *Linsen* at cy-devant appartenu à une bonne famille qui en portoit le nom, & depuis celle de Merode l'a possédé. La Collation de la Cure appartient au Chapitre de S. Bartholomé à Liege, & comme je croy la Vouerie, car dans le Registre des reliés se trouve escrit, Messire George Bergoy Chanoine xxiv. Maij 1587. pour & au prouffit des Doyen & Chapitte, par le trespas de Messire Hedry Bardeol soubescrit &c. Tient la Vouerie avec la Seigneurie & appartenances de *Linsen* & 6. sz. & 6. chappons par an &c.



CAPUT X.



Castellum Linsmeau

De Dominio & Pago Linsmeaux.

P Atuerunt ex Gramaio, præcedente capite, *Linsania & Linsimalia* & suo & familiarum suarum nomine illustres Toparchiæ. Illa quantum codices meminerunt à Merodijis possessa, hæc ante annos ferè 400. ex inclyta Molembasiorum stirpe Toparchas habuit, & quidem Arnoldum qui una cum filio castrum quod hodieque vetus ibi conspicitur extruxit. Pronuper in affines *de Davre* translatum Dominium (*Warnerus de Davre an. 1440. mortua matre professus est*) perseveravit donec Hermannus *Hoën* cum Maria uxore dotale obtinuit anno 1516. Tandemque Joannes *Argenteau* post matrem Evam, ejus ratione beneficium Principi professus est anno 1589. & manet, supremæ Jurisdictionis titulo honoratum ab anno 1505. Hæc Scriptor ille, ut fatetur ad marginem, ex Hemricurtio, Codice Feudorum Ducis Brabantiæ & Arscotani.

Sed quoniam, *purius ex ipso fonte bibuntur aqua*, adeamus Hemricourt Scriptorem veterem Capite secundo Speculi Nobilium Hasbanicæ, quod scripsit sæculo xiv. obiitque anno 1403. cujus M. S. Bruxellis excusum anno 1673. cum antiqua & nova lectione columnatim, ubi pag. 16. legitur.

Messire Thibaut (d'Elzée) eut une fille nommée Agnes, qui fut mariée à Jean de Molembais Seigneur de Linsmeau en Brabant, & de leur mariage nasquit un bon Chevalier qu'on appella Messire Arnoul de Molembais Seigneur de Linsmeau, qui fait à bâtir le Chateau de ce nom. Il acquit de grands heritages, & se maria à la sœur de Monsieur de Wathi de Malpont Chevalier, dont il eut un fils qui fut aussi Chevalier, & deux filles establies à present dans un haut rang d'honneur, & richement pourvues. On nomme le fils Messire Jean, il est Seigneur de Linsmeau, & s'est marié depuis peu à une des filles de Messire Raes de Riviere Seigneur de Nederinter, une de ses sœurs à espousé Raes de Rochefort Seigneur de Herimé en Haynaut, dont il a des hoirs. La troisieme à espousé Monsieur Thiry Seigneur de Moumale en Hasbaye, dont elle a de jeunes enfans. C'est tout ce que je sçay à present des descendans de Monsieur Thibaut.

Et Cap. ix. pag. 93. Raes de Rochefort, Seigneur de Herimé, & frere de Thiry est marié à la fille de Monsieur Arnoul de Molembais, Seigneur de Linsmeau, dont j'ay déjà parlé dans la Genealogie du Seigneur de Dave; Il y a trois filles de ce mariage.

In tabulis Cortebergentibus anni 1372. à Miræo vulgatis Dipl. Belg. lib. 2. cap. 98. legitur inter Barones & Milites Brabantie Arnoldus de Molembais, idemque apud Burkens Trophæorum lib. 4. pag. 493. sed cum adjectione tituli *Domini de Linchemeau*. Cujus pagi summa iustitia, mihi constat penes Principem mansisse in annum 1505: quando sub Philippo Pulchro Dominia primò pignori dari cepta. Eodemque anno alta iurisdic-tio huic Dominio accessit, ut benè à Gramaio notatum supra.

Christophorus Burkens Trophæorum Brabantie lib. IV. pag. 537. producit Gerardum de Molembais Do-minum de Linchemeau.

Joannes Blondæus, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ista tradit :

Linsêmeau à passé plusieurs siècles appartenu à la famille de Molembais, de laquelle le plus viel que je trou-ve au rapport du Seigneur d'Hemricourt, fut Jean de Molembais Seigneur de Linsêmeau, lequel s'allia avec Agnes fille de Thibaut d'Elzée, frere de Warnier Seigneur de Davele, & procrea Arnould de Molembais Chir. qui fit haistr le Chasteau de Linsêmeau. Il prit pour espouse la sœur de Messire Wautier de Malpont, & de leur conjunction issir Messire Jean, qui vers l'an 1390. espousa la fille de Messire Raze de la Riviere Seigneur de Nederlinter. Gerard de Molembais succeda; & puis par alliance entra en la maison de *Davre* anciennement dit *Davelis*, & à present *Dave*, dont Warnier de Davre la releva l'an 1440. apres la mort de sa mere, & y continua jusques à ce que l'an 1516. elle fut donnée à Marie de Davre alliée à Herman Hoen Sr. de Hoensbrouck, d'ou sortit Eve de Hoensbrouck Dame de Linsêmeaux & Pitrain, alliée à Jean d'Argen-teau dont le fils portant le mesme nom, Seigneur d'Esseneux &c. espousa Anne de Paton les quels procreerent N. d'Argenteau Comte d'Esseneux Baron de Wire &c. allié l'an 1639. à Isabelle de Thienes fille aînée de feu le Baron de Heuckelen &c. & d'Anne de Renesse, ayant ladite Eve esté presente à leur contract de maria-ge. Voyez Hemricourt, Gramaye & Carpentier fol. 331.

Cæterum lego in Proelio Woringano pag. 145. Ioannem de Molembais Equitem Linsimalie Domjnium duxisse Elisabetham de Bisdomme anno 1484.

Olum scribebatur *Linsimal* ut patet in antiquis manuscriptis Hemricurtij. Augustinus Wichmans in Braban-tia Mariana lib. 2. cap. 48. Pagus est, inquit, non ignobilis quem vernaculè *Linsimeaux*, vel *Liffemau*, Lati-nè, *Lifinellum* vocant. Arx in eo spectabilis & munita, Getæ fluvio adjacens: sed & sacellum Divæ nostræ dedicatum; ac juxta hoc, Oratorium perexiguum, in quo sacra eius imago miraculis inclyta, & fideium pia visitatione frequentata, &c. Nomen huic Deiparæ, à *Columbâ* est, vernaculè, *Nostre Dame de Colombe* &c. Hæc ibi.

In suprema Curia feudalis Brabantie, inter feudorum Codices qui inibi asservantur, notatur quidam liber nomine *den Clapper*, inque eò legitur: *Messire Ferdinande d'Argenteau*, fils aîné de Messire Guillaume Ulrick Baron d'Argenteau 4. Mars 1679. &c. hout 't huys, die goede ende Heerlijckheyt van *Linchemael*.

Extract nyt den Hoofft leen-boeck vanden Quartiere van Loven ende Thienen, bern-stende ter Grefstie vanden Souvereynen Leenhove van Brabant alwaer onder de Ca-pitulatie van Linchemael folio cxxxiiiij. verso staet als volghet.

I Ehan d'Argenteau de Jonghe tertia Septembris 1587. midts de devolutie vander proprieteyt door 't s'chey-den van bedde by doode Ians d'Argenteau sijns Vaeders Heere van Esseneu.

Jouffrouwe Eva Hoen v. Septembris xv.° lxxv. by doode wylen Ians Hoen huers Vaeders ondergeschreven.

Ioncker Ian Hoen viij. Aprilis xv.° lxxij. naer Paesschen by overgeven de Ioncker Godefroidis Hoen sijns Brueders ondergeschreven.

Ioncker Godefroit Hoen xx. Januarij xv.° lxxij. by doode wylen Jouffrouwe Marien van Davels sijnder Moeder onder geschreven.

Jouffrouwe Marie van Davels iiii. Augusti anno xv.° xvj. by doode wylen Heeren Godefroids huers Vaeders ondergeschreven.

Godefroit van Davels xiiij. Mattij xiiij.° lxxvij. jair by doode wylen Heer Werners van Davels Ridders sijns Vaeders.

Werners van Davels xvj. Februarij xiiij.° xl. jaer by doode wylen vrouwen Marien van Molenbais sijnder Moeder ondergeschreven.

Vrouwe Marie van Molenbais sijne dochter mit Godefroit van Davels, huere wettigen Man en mamboir.

Ian van Molenbais Heeren Arntsoen.

H. Arnt van Molenbais, hout 't huys die goede ende Heerlijckheyt van Lynchemael mit allen den toebehoorten, kuren, bruecken, fonteynen, renten, chynsen, manschappen, den xx. penn. van pontgelde ende mit eender Banmolen uytgenomen die hooge Heerlijckheyt den Hertoge van Brabant toebehoorende, palende de selve Heerlijckheyt van Linchemael aende Heerlijckheyt van Groot Orp, ende aende Heerlijckheyt van Ghete.

Item folio ccj. recto.

Jouffrouwe Marie van Davels iiii. Augusti anno xv.° xvj. by doode wylen Heeren Godefroids huers Vaeders ondergeschreven. Heer Godefroit van Davels Ridder 25. Octobris anno xv.° v. by coope gedaen tegen ondergeschreven Heer den Con. van Castillien hout die hooge Heerlijckheyt mitter executien ende compositionen

ctiminele van Lincheemel behalven die regalien , herge weyden confiscatien van oirlogēn, bastaerde goeden ende dyergelijcke, om byden voorfichreven Heeren Godefroide ende sijnen naercomelingen diert te gebruycken ende die vanden Hertochdomme van Brabant tot eenen vollen Leen sonder middel te houdende: totte tyt toe dat die geleest sal wesen.

Cum hic mentio facta de familia illustri *Argenteau*, non abs re erit subnectere Gentis istius epitaphium honorificum admodum, quod in Ecclesia de Hernale me legisse memini, monumento sepulchrali incisum.

Vidit, habuitque antiquus hic Argentolij & Montisglonij Principatus, Reginaldum III. Guillelmum, Iacobumque suos olim Principes bellatores, ille pridem Leodiensium bellum potenter sustinuit & retulit, alter belligeranti consanguineo Namurci Comiti auxiliarius fuit, hic vero bello aperto cum Geldric & Iulice Duce dimicavit: tandem pace Principis Præfulis Legiaci interventu composita, Reginaldus V. Iacobi filius parta majorum armis quiete potitus, cum Maria de Treisigni conjugè hoc tumultu conditur anno Christi xv. c. xxx. viij. Decembris hæc vero anno xv. c. lvi. Iulij xix.

Posteri nil majorum dignitati detrabi sinite & eorum animas ardentibus votis superis commendate. Ipse lector idem quod vis tibi discere precari.

Hernale Ecclesia in qua monumentum præsum, sita est Leodium inter & Visetum, ad sinistrum Mosæ latus, & eregione in dextera Mosæ ripa, Arx *Argenteau* in edita rupe, naturâ loco munitâ, nuperis bellis à Francis capta atque demolita. Præclarum illud Dominium hodie attinet ad Ludovicum Antonium *Clarisse* Comitem de *Claramonte* Carolo II. Hisp. & Ind. Regi à Consilijs belli, &c.

PRÆFECTURÆ HANUTENSIS.

CAPUT I.

De Dominio, & Hanuti Oppido.

HOC UHUNC Hasbaniz olim, mox Lotharingæ, nunc Gallo-Brabantiz in Namurcæ, & Lofensis Comitatum, & Leodiaz dioceseos confinio, *Dabor* antiquitus dictum, & annales, & indiculi veteres, & tradita per manus fides constanter affirmant. Addentes & rei & nominis vestigia, mensuræ nimirum vulgaris & ab hominum memoria oppido usurpatæ genus *Daboris* nomine, monetam etiam argenteam peculiarem Comitis, non uno loco reperant, cum inscriptione *moneta Villæ Hanutensis* & equitis armati effigie signoque B. R.

Nomen porro modernum ex eo natum volunt, quod in extremis Brabantiz finibus expositum, tribus Brabantini nominis infensissimis hostibus, primos ferè impetus excipere solitum, frequenter ab incolis desereretur.

Castrum antiquitus fuit & fuit ante urbem, illud triplici insignitum turri, ut splendidum ita potens ad quosvis subitos impetus. Ruinæ extantes testantur.

Mœnia oppidi prima sub Henrico primo Duce arbitror extructa.

Ditura autem frequentibus bellis, sub Venceslao & Ioanne IIII. Ducibus restituta. Nunc aggeres solit restant, muri demoliti sunt.

Non omittendum tamen, licet non probem, quod nonnulli asserunt, urbem olim quadruplo ampliorem fuisse, ita ut pagus & cœnobium Bertracense mœnibus concluderetur;

Nunc certè exiguis limitibus murorum eius & fossarum ductus circumscribitur. Portis tribus patens splendide olim extructis. Quæ sunt: *Canulis* quod merces Brabantiz in & eveberentur; *Tumbaria* à colle suburbaano cognomine, Namurcum versus, ubi fortè trophæum aliquod vetus.

Hertusis sive *Hoyensis* ab oppido quò ducit, quæ sola ex tribus, cladibus superest.


Opera ubi fuerunt olim, sed fuerunt eximia. Nominatim Arx, de qua supra, in editiori urbis parte, & Prætorium in meditullio, curia denique Sombressensis, & D. Lamberti, omnia nupero incendio ante annos 100. absumpta, ann. 1503. nocte natali Dominici. Repertæ autem non vano antiquitatis documento in rudicibus castri claves deauratæ quatuor, an. 1560. & uuumi de quibus supra.

Dixi de urbe, sequitur civitas.

CUUS Dominium penes Comitem olim fuit.

Et audio Comitibus Daborensibus posteros aliquot in Herkenrodiâ tumulatos.

Cæterum (an deficiente eorum stirpe, an belli an affinitatis jure incertum) firmiter mihi persuadeo Hanutug



muca fl

ARGENTINA

paga 58



num olim à Namurci Comite possessum. Argumento est quod bellis gravissimis quæ inter Namurcenses & Ducem nostrum pluribus annis durarunt, cum legamus & Gemblacum & Viberti montem, & ipsam immo Nivellam ferro flammaque pæne excisas, nulla tamen Hanuti aut læsi aut oppressi extet mentio, quæ ut pote finitima Namurcesio primos impetus debebat excipere. Quando ergo, dices, Dux Lotharingæ & Brabantie jurisdictionem quam in urbem pagosque omnem summam habet, tam in criminalibus quam in civilibus, & quo titulo obrinet? Nisi monumenta vetera partim cum Hanuensi, partim cum Geldonensi castris ubi asservabantur, inrerissent, certiora darem. Nunc ex conjecturis hæc subjiciam.

Hentico I. Duce loca quedam Namurcesij cum Thenis Hasbanie oppignorata pro 500. auri, eodemque anno per leges pacis Werdæ Cæsaris à Cæsare dictas ferè Duci attributa & nostri & vicinarum gentium annales fatentur, *an.* 1188.

Inter loca illa nominantur ab Historicis Thenæ (quod hodieque Brabantici juris est) & Lernutum: pro quo aliqui Ternutum legunt immò scribunt, & ego libenter Hanutum legerem, nisi Lernutum pagum haud procul *Parveto* extare scirem, qui nunc Comitatus Namurcensis est portio.

Quod de Comite supra dixi, probat Vice-comitis dignitas olim Hanuti usitata, cujus unicum invenio Gemblaci exemplum, ubi laudatur *Godo Castellanus Hanuensis*, Renerus Vice-comes, & Arnoldus Hanuensis Eques.

Cæterum quæ fuerit Hanuensis Reipublicæ vetus forma, ignoro; certus eam quæ nunc est à Ioanna Ducissa institutam.

Quæ & potestatem fecit eligendi pridie Natalis I. Baptistæ senatum annuatim mutandum. Constituit Prætozem qui in civilibus urbi præset, supremum enim & hic & in territorio toto, gladii usum Magno Gallo-brabantie Balyvo reservavit.

Insignia Urbi dedit, castrum tribus insigne turribus, cum inscriptione *Le seel des Eschevins de Hanutt*, aut confirmavit verius, cum longe ante oppidi Hanuensis insignia viderim castrum vetus.

Balivi dignitatem obtinet Gulielmus, Consulis, Ioannes, Mombceekij fratres, Ille post honorariam armis generosæ indolem adolescentiæ, hic post decursum Lovanij utriusque juris stadium, uterque & familiæ honos & urbis columnen, quorum beneficio statum & privilegia urbis tangentia consecutus sum.

Ad Senatuum urbanum, pagi subiecti, controversias suas via appellationis deferunt, qui ut lege Lovanienfi ubique utuntur, ita Lovanium appellant.

Excipio Prætorium Sombressense quod & legem & tribunal Sombressæ sequitur & suum habet senatum. Sub ea autem tota ferè Hanutanæ urbis possessio sive Dominium later. Quod beneficiario titulo à Sombressæ Baronibus acceptum possident Mombceekani, loco & stirpe prope Hasselctum noti ortique, possederunt antea, nisi fallor, nobiles de Serain.

Præstantior & lectior civium pars numero 36. cooptatur à Balivo in collegium sagittariorum, eoque titulum à tributo & molario vœtigali eximuntur. Auxit postea Dux hoc beneficium permisitque Prætori alios 6. eorum territorio assumere eadem gaviferos immunitate.

Privilegia urbi intuitu calamitatum diversis vicibus passatim, hæc dedit præcipua Dux.

Ab onere Telonij, Winagij, & mensuræ eorum tota Brabantia eximens.

Ne ullibi nisi coram suo senatu conveniri, bona arrestari &c.

Et si quis alterum aut lassisset aut occidisset extra patriam, tutò Hanuti agere & sine ullo vitæ aut fortunæ rum periculo concessit.

Forum hebdomarium frequens recurrente quolibet Saturni die, nundinas annales circa D. Iacobi idem indulgit.

Cives olim re frumentaria quæstum facere solebant ingentem.

Et ur florentem oppidi statum aliquatenus liceat colligere, invenio in bello quod contra Glocestrum Ducem noster gessit, ad Nivellam in armis fuisse Hanutenhum 560. viros, & ex territorio pari numero.

Calamitates urbis vix opus recensere, toties enim quoties cum Namurcensi aut Leodijsi bellum fuit, malo semper obnoxia fuit.

Inprimis autem cum Regis Bohemi auxilio, omnes in Brabantiam vicini Principes conspirassent, Hanutum ab eis planè exutum est.

Bello Leodiensi arx Hanuti & capta & solo æquata & urbs reparata & in parvi oppiduli formam redacta.

Bello Geldrico occupatum cum arce & portis duabus pæne totum in cineres abiit, ita ut deinceps nihil pristini decoris aut virium remanserit, & cogatur hæcenus potentiorum sequi volens nolens fortunam.

Ecclesia in Urbe unica est eaque appendix Betrreyensis, nisi quod Haverius Antistes Namurci primus, ut indecens ita minus commodum videns in urbe Parochia carere, prospexit, & absolutam baptisterio & chrismate aliisque Parochiarum juribus donavit Ecclesiam.

Cujus rei in oppidis insolitæ, cogitatio me subinde invitat, credere urbem ferius & fortè à temporibus Ioannæ Ducis extractam, idque occasione Arcis ibi veteris & oportunæ.

Templum per has turbas planè vastatum, sunt & alia in vicino sacra, operâ & cura Ioannis Mombceekij & Ioannis Fabri Consulum egregiè & gnæviter restitutum.

Surbana Hanuti amplissima olim fuerunt, ampla sunt hodieque, ager fecundus & laetus, pulcherrimis arborum fructiferarum cuiusvis generis ornatu umbratilis, & doler militum, quibus affidue patet, tractus Hanutenfis importunitate nuper tantum damni illatum, anno 1598. Alioquin ob harum, itemque domorum copiam, nulli se urbs præbet eminens aspiciendam. Inter has sunt pleræque sacris, pleræque nobilibus, aliæ agricolarum usibus.

Primi generis Xenodocheium fidum olim tam agris quàm peregrinis receptaculum, ubi utriusque sexus religiosos operibus misericordiæ vacasse accipio.

Secundi generis est *Tarris*, re & nomine, inclytæ stirpis de *Crehen*, (*vocantur D. de la Tour.*) Dominium denique prætorium olim *Corwareniæ*, nunc per nuptias, *Mombecanæ* peculium familiæ, ab anno 1546. primum *Ducis Albani* in *Brabantia* hospitium anno 1567. Nuper fortuito igne anno 1578. absumptum sed magna impensa restitutum. *Hactenus Gramaius.*

CAPUT II.

De Dominijs & Pagis Lens S. Servatii & Lens S. Remigij seu Beginarum.

His pagis orditur Comitatum sive Præfecturam Hanutensem *Ioannes Baptista Gramaius*, inquit: In omnibus hoc tractu pagis Princeps supremæ jurisdictionis honorem suo Balivo transferit: jus dicitur ex lege *Lovanienfi*. Pagi autem hi sunt:

Lensum utrumque *D. Servatii* apud *Trajectenses* peculium, unde alterum retinet nomen, alterum ad distinctionem nunc *Divi tutelatis Remigij*, nunc, *Beginarum* nomen induit.

Quia nimirum vetus ibi & celebre *Beginasum* quod à tenuibus intijis ante annos quadringentos ibi coaluit, *Advocatus hujus est D. de Querre.*

Cæterum cum securius videretur *Virginibus* ad regulæ alicujus præscriptum vitam suam componere, *Engelberto Marcano Episcopo*, & *Rogero Archidiacono Hasbanæ* auctoritatem facientibus, tertiam *D. Francisci* cum gryfa veste professæ sunt anno 1351. per litteras utriusque datas 17. Augusti, per *Priorissam* mihi communitas. Sed non multo post *Joannes Episcopus* anno 1372. & habitu & regula mutatis permisit *Augustini Canones* sequi, quod hodieque observant, *Priorem* suum ad sacra peragenda agnoscens, & titulum *B. Magdalena de Bebania.*

Cænobium nunc viget & disciplina & numero *Religiosorum*. *Hactenus Gramaius.*

In *Repertorio Cameræ Rationum Ducatus Brabantæ*, conscripto de *Dominijs & Toparchijs* pignorat, repignorat ac venditis, legitur:

Lens St. Remy ou les Begines & Lens à la Croix, demeure engagé depuis le 4. d'Août 1626. au Sr. de Guisfort pour 4100. flor.

Joannes Blondeau, in *Commentarijs de Gallo-Brabantia*, perstringens pagum *Lens*, ita fatetur: *Eustache Sire de Lens* in *Brabant* decessit l'an 1306. avoit espoué *Clarice* fille de *Michel d'Antoing Sr. de Harnes* Carp. fol. 93.

Une fille de Rasse de Seraing Chevalier, fut mariée à *Lens* en *Brabant*, dont sont issus ceux de *Jardeigné*; *Clairrembaut de Lens* en descendoit aussi, & plusieurs autres encor. *HEMICOURT* cap. 3. pag. 43.

Christophorus Butkens Trophæorum lib. IV. producit pag. 538. Inter *Nobiles* qui vixerunt tempore *Ducum Wenceslai & Joannæ. Gerard de la Tour de Lens.*

CAPUT III.

De Dominio & Pago Boislens sive Abolens.

Lensum sitvestre eisdem cum superioribus Dominis agnoscit *Canonicos D. Servatii Trajectensis*, *Cura* incorporata *monasterio Crucis Lensij*. Inquit *Gramaius*.

Porrò *Dominium Lens à la Croix* docuimus, ex *Schedis Cameræ Rationum Ducatus Brabantæ*; præcedenti capite exhibitis, transcriptum *N. Guisfort* anno 1626. jure pignoratitio possidendum.

Abolens vero & *Putsche* de qua mox dicitur, pignori data fuere jussu *Principis*. 29. Augusti 1630. *D. De Mombeke* pro 1200. flor.

Venditaque in perpetuum *fiduciario Domino* 27. Januarij 1644. pro alijs 2300. flor.

CAPVT IV.

De Dominio & Pago Villers le Peuplier.

VILLARIUM POPULARE, ab arborum copia, peculium abbatia Trudonopolitana, in sacris Capituli S. Pauli Leodiensis, inquit Gramaius.

Memoratur quoque in Calendario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiae, his verbis :

Villers devant Hanut demeure engagé depuis le 4. d' Aoust 1626. au Sr. Guisfort, pour 3200. flor.

Porro an fuerit postea cum cæteris Toparchijs in perpetuum ab alienatum inquirendum utique.

CAPVT V.

De Dominijs & Pagis Ligney seu Lignet & Moucheron.

Lignacum & Mocheronia Dominos excepto Principe nullos habent, scribit Gramaius.

Porro auctor illi concinnavit opus suum initio hujus sæculi, triginta fere annis post Dominia illa à patrimonio Principis fuere distracta atque abalienata, tempore Philippi IV. Hispaniarum & Indiarum Regis uti patet ex Diario Cameræ Rationum Ducatus Brabantiae quod ita habet :

Ligney, Crehaing, & Moucheron, furent engagez. le 29. d' Aoust 1630 au Sr. Monbeque pour 1000. flor.

Et vendues le 9. Septembre 1648. au Maître de Comptes de Haen pour autres 1100. flor.

CAPVT VI.

De Dominio & Pago Crehaing.

Crahenia, Divi Lamberti alodium & patriæ Leodiensis pagus, hæc inferendus eod quod Balivus Hanu-
tensis aliquid in reos juris habet, quos *Magnus loci Advocatus* vincetos tradit, ab eoque mox receipt ple-
ctendos. Hactenus Gramaius.

Magnum loci Advocatum, remur fuisse Brabantiae Principem, patetque ex schedis productis capite præce-
denti, Philippum IV. Hisp. & Ind. Regem abalienasse Dominium suum in *Crehaing*.

CAPVT VII.

De Dominio & Pago Putehey.

Puteicum, inquit Gramaius, Merodiarum gentis peculium & Bertraecensium. Notatque ad marginem in *Re-
gistro Puceum vocatur.*

Calendarium Cameræ Rationum Ducatus Brabantiae conscriptum de Toparchijs abalienatis, ista tradit:
Putehey & Abolens furent engagez. le 29. d' Aoust 1630. au Sr. de Monbeque pour 1200. flor.

Et vendu au Sr. gagier le 27. Janvier 1644. pour autres 2300. flor.

Ioannes Blondeau, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, ita fatur :

Pierre de Hefdigneul en ses Chroniques de Liege dit, que l'an 460. le Comte de Boden, fonda les Vil-
lages de Foz, Quemexhe, Viller, Bierfet, Waleur, Orthey, Puchet & Blaret.

Audax factum, at nescio an pari robore, ex voto meo velim stare auctori fidem; Porro Blondeau ita profe-
quitur: *Putehey* at anciennement appartenu à la famille de Warfusée, & entra dans celle de Dammartin par
l'alliance que Raes à la Barbe, eadet du Comte de Dammartin en France fit avec Alix de Warfusée. H.M.
RECOURT pag. 8. & seq.

Inter nobiles qui floruerunt tempore Ducum Wenceslai & Joannæ, produciunt à Butkens, Hubertus de Pu-
chey.

chey. Memoratur quoque Dominium de Puchey, in schedis productis supra quando egimus de Toparchia *Pelaines* in Præfectura Orpiens, & supervacuam foret rursus transcribere, suffecerit indicasse locum.

CAPUT VIII.

De Dominio, Prioratu & Pago *Bertruis*.

Bertriacum, tam in sacris quàm politicis à Prioratu dependens, qui ante annos 300. hic fundatus est, appendix Abbatix Cluniacensis in Francia, Ordinis S. Benedicti, auctoritate Pontificia nuper Episcopatu Namurensi incorporatus, anno 1561.

Scribit quidem prædicta Gramaius, attamen constat ex Diario Cameræ Rationum Ducatus Brabantix conscripto de Dominij pignorat, repigneratis ac venditis. *Bertriaci* Dominium mansisse penes Principem in annum hujus sæculi trigésimæ. Verba Diarj sunt ista:

Avernas le Baulduin & Bertruis, furent engagez le 21. d' Aoust 1630. au Sr. de Mombeque pour 1000. flor.

Et vendu au Sr. gagier le 3. Feb. 1644 pour autres 4250. flor.

Inter Nobiles qui floruerunt tempore Wenceslai & Joannæ, producitur à Christophoro Butkens *Trephorum* lib. iv. pag. 545. *Willera de le Abbé de Bierres*, legendum abitror, *Willeran de l'Abbaye de Bierres*.

Cæterum, Ioannes *Blondeau*, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, meminit Bertriaci & Prioratus olim inibi fundati, his verbis:

L'an 1630. le Roy exposa Biertrais ou Bietrée en vente avec haute & basse justice. Pierre de Hefdigneul en sa Chronique de Liege, dit, qu'a la requeste de l'Abbé de Clugny, Notger Evêque de Liege y fonda un Prieuré de cet Ordre, à l'honneur de Nostre Dame l'an 999. & que la mesme année il en fonda encor quatre autres du mesme Ordre.

Legimus in Gestis Notgeri, apud Joannem Chapeavillum pag. 207. Prioratus aliquot à Notgero conditos, his verbis:

Prædictus Abbas Cluniacensis, (*Odilo*) tam ipse, quàm ejus successores, plures Ecclesias in Parochia Leodiensi acquisivit: in quibus religiosi monachi, ab ipso, sub nomine Prioratus, sunt statuti, qui nocte & die pro statu Ecclesiæ aures divinæ misericordiæ non cessant perpulcare. Prima est, Prioratus sancti Symphoriani in Bulco. Secunda, Prioratus sanctæ Mariæ de Vetroia. Tertia, sancti Stephani in Nameka, in qua pridem fuerunt circa quatuor Prioratus. Quarta, Sanctimonialium in Hoyo, quæ dicitur sancti Victoris, Quinta, sancti Petri in Aqualia. *Hæc ibi.*

Prioratus S. Mariæ de Vetroia, quo nomine locum hunc designari, planè nobis persuasum est, & per ignaviam transcribentis aut typographi *Vetroia* expressum cum *Bertruis* scribi debeat.

Huc opinioni astipulatur Compendium Gallicum Historiæ Leodiensis, in Gestis Notgeri, ubi legitur: Il fonda aussi pendant son regne, les Prieorz de S. Victor lez Huy, & de *Bertray*, comme aussi l'Eglise de Fosse.

CAPUT IX.

De Dominio & Pago *Avernas Baulduin*.

Demonstravimus capite præcedenti ex Schedis Cameræ Rationum Ducatus Brabantix, Dominium hujus pagi pignori datum N. de Mombeque anno 1630. venditumque fiduciario Domino anno 1644.

Meminit illius Gramaius, his verbis: *AVERNASIUM utrumque CRASSI ET BALDUINI, hereditas Abbatia S. Laurentij apud Leodios, quæ utrobique & Prætorum & Senatuum juridicundo designat.* Hæc faciunt ut credam, solum jus Gladij à Principe transcriptum, siquidem minora jurisdictionis jura à dicta Abbatia jamolim possessa, dono *Walteri de Trudeneris*, viri nobilis, qui prædium suum Avernense, in Comitatu *steppenosi*, Monasterio S. Laurentij tradidit, confirmante Alberone Leodiensi Episcopo anno M. CC. XXIV.

Cujus diploma vulgavit Aubertus Miræus Diplomatum Belgicorum lib. II. cap. XLIII. dignum sanè lectu, ideoque exhibendum.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Ego ALBERO gratia Dei Leodiensis Episcopus, notum facio præsentibus & futuris Christi fidelibus.

Quia Walterus de Trudeneris liber homo, prædium quod habebat in minori Avernas in Comitatu de Steps, tradidit, pro salute animæ suæ, ad Altare B. Laurentij, ex integro tam in culturis & pratis, quàm in memore &

re & censu & familia, quæ illo tempore in ipso manebat prædio, cum omnibus usuarijs & appenditijs suis, cum omni decima indominitatus proprij, necnon & tota iustitia ipsius prædij.

Advocatum verò ipsius prædij liberam reliquit in manu Leodiensis Episcopi, ut ei soli de omni iniustitia reclamet Ecclesia S. Laurentij, & ut nunquam eandem Advocatiam in beneficium det alicui. Nam in pretium redemptionis animæ suæ, ipsum alodium Deo & S. Laurentio obtulit, & ideo Leodiensem Episcopum Advocatum ibi esse voluit, qui specialis provisor & pastor erat ipsius Walteri, tamquam liberi hominis, sicut & cæterorum liberorum hominum principatus proprij.

Homines verò, qui de terra censuali ejusdem prædij sunt beneficiati, fundos suos ab Abbate tenebant, sicut eo die tenebant, quo ipsum prædium S. Laurentio est traditum, nec præter simplicem terræ censum aliquid requisitionis jus, sive ullam distinctionem ibi habebunt: quia omnia hæc ad Abbatem pertinentia sunt, & cæ de omni iniustitia est proclamandum.

Diffinitum est etiam, ut nec Walterus dum vivit, nec post eum Abbas aliquis quidquam de terra & decima indominitati, vel de censu, sive de omni reditu ejusdem prædij beneficiare aut diminuere possit; eò quòd elemosyna Deo & S. Laurentio oblata sit.

Ipsè verò Walterus usumfructum ejusdem prædij in vita sua sibi ex integro retinuit: & ideo, ne vel ab ipso dum vivit, vel ab aliquo, postquam obierit, ulla surreptione infringi possit, summam terræ ad indominitatum S. Laurentij pertinentis, summam quoque census, aliorumvè reddituum, hæc subannotari placuit.

Primò quidem totam decimam ad indominitatum S. Laurentij pertinentem, sive in fructibus terræ cultilis, sive in fructibus domesticis nutritivis: deinde viginti bonaria terræ indominitativa, & de terra censuali solidos XII. & III. denarios, in tribus terminis, Epiphania scilicet, & Nativitate sancti Joannis, & festivitate S. Remigij. Quatuor quoque modios avenæ, in solennitate S. Martini, & XII. capones in Natali Domini, & octo panes, cum totidem cerevisiæ picatijs.

Familia quoque ipsius prædij, id est, servi & ancillæ, singulis annis censum solvent capituli sui denarios X. unum ad Altare S. Laurentij, in festivitate S. Martini. Et cum aliquis eorum sine herede obierit XII. denarios dimittet Ecclesiæ S. Laurentij.

Quæ omnia nos rata & incolvisâ perpetuò manere decernimus, & pro confirmationis testimonio chartam hanc conscribi iussimus, & nostri sigilli impressione roboravimus, excommunicantes & æternæ maledictionis anathemate condemnantes eos, qui quovis malignitatis ingenio quilibet horum infringere tentaverit, & Ecclesiæ S. Laurentij ullam inquietudinem aut molestiam concitaverit.

Testes fuerunt Archidiaconi omnes.

Andreas Præpositus.

Henricus Decanus.

Henricus Junior.

Alexander, Adelmanus, Seppo.

Emmo, & alij multi ex clero S. Lamberti.

De Nobilibus viris.

Godofredus Comes Namurcensis.

Arnulfus Comes Loffensis.

Gisbertus Comes de Thuerate.

Lambertus Comes de Monte acuto.

Wigerus Advocatus.

Willelmus de Loffez.

Godofchalvus de Merelevers, frater ejusdem Walteri, & alij multi de familia ecclesiæ.

Theodoricus de Ponte.

Widericus de Prato, Avelinus.

Lambertus de Hoyo, & Arnulphus frater ejus.

Albertus de Villier, & Theodoricus frater ejus, & alij multi.

Actum Leodij anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo vigesimo quarto, Indiçtio prima, regnante Henrico V. anno regni ejus decimo septimo.

CAPUT X.

De Dominio, Baronatu & Pago Cras Avernas, sive Avernas le Gras.

Avernasium Crassum, ita dictum ad distinctionem Avernasij Baluini, in Baronatum erectum est à Carolo II. Hispaniarum & Indiarum Rege, tertia Januarij anno M. D. C. LXXXVI. in gratiam viri nobilis Antonij Lopez Suaſſo, Hispani, magni animi dotibus exornati, non tam opibus quas longè amplissimas possidebat, quam recto earum usu laudandi, quasque sæpius in obsequium Catholici Regis impendit, magno Reip. bono. Obiit Hagæ Comitum XI. Feb. M. D. C. LXXXV. Nunc possidet Franciscus Lopez Suaſſo, præfati Antonij & Violantæ de Pinto filius unicus, Baro d' Avernas.

CAPVT XI.

De Dominio & Pago Hallay le Grand.

HALERIUM utrumque (inquit Gramaius) *majus quidem Decani Majoris Leodiensis, & Abbatissæ Lintrensis, minus familia nobilis de WAILLET peculium.*
Commemorant de ambobus istis Halerijis adversaria Camerae Rationum Ducatus Brabantiae, primumque de magno.

Hallay le Grand fust engagé le 4. d' Aoust 1626. à Guillaume Paheau pour 3100. flor.

Et vendu absolument le 12. de MAY 1644. à Massin de Labbaye pour luy ou son Command pour autres 3100 flor.

CAPVT XII.

De Dominio & Pago Petit Hallay.

Halerium minus familiae nobilis de Waillet peculium, inquit Gramaius;
Ephemerides Camerae Rationum Ducatus Brabantiae, conscriptae de Dominijs & Toparchijs pigneratis, repigneratis ac venditis memorant quoque pagum hunc, his verbis:

Petit Hallay fut engagé le 16. d' Aoust 1630. pour 1600. flor.

Et vendu absolument le 22. Septembre 1645. à Jean Streignart pour autres 2200. flor.

Joannes Blondeau, in Commentarijs de Gallo-Brabantia, habet ista:

